Tert., De praescr. 36: Age iam, qui voles curiositatem melius exercere in negotio salutis tuae, percurre ecclesias apostolicas, apud quas ipsae adhuc cathedrae Apostolorum suis locis praesidentur. . . . Si autem Italiae adiaces, habes Romam, unde nobis quoque auctoritas praesto est. Ista quam felix ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni dominicae adaequatur, ubi Paulus Ioannis exitu coronatur. Adv. Marc. IV, 5 (siehe S. 29): Videamus, quod lac a Paulo Corinthii hauserint, . . . quid etiam Romani de proximo sonent, quibus evangelium et Petrus et Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt.

Iren., Adv. haer. III, 3, 2 (n. 1; siehe S. 30: In allen einzelnen katholischen Kirchen lasse sich die Reihenfolge der Bischöfe bis auf die Apostel zurückführen, und diese haben alle insgesammt und je einzeln immer dieselbe unveränderliche apostolische Lehre überliefert): Sed quoniam valde longum est in hoc tali volumine omnium ecclesiarum enumerare successiones; maximae et antiquissimae et

omnibus cognitae, a gloriosissimis duobus Apostolis Petro et Paulo Romae fundatae et constitutae Ecclesiae, eam quam habet ab Apostolis traditionem et annuntiatam hominibus fidem, per successiones episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoque modo, vel per sibiplacentiam vel vanam gloriam vel per caecitatem et malam sententiam praeter quam oportet colligunt. Ad hanc enim propter potentiorem principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam, hoc est eos, qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quae est ab Apostolis traditio. Nach Aufzählung der römischen Bischöfe von Petrus bis Eleutherius (12) schließt Irenäus (ibid. n. 3): Hac ordinatione et successione, ea quae est ab Apostolis in Ecclesia traditio et veritatis praeconatio pervenit usque ad nos. Et est plenissima haec ostensio, unam et eandem vivificatricem fidem esse, quae in Ecclesia ab Apostolis usque nunc sit conservata et tradita in veritate. Vgl. unten n. 4. *Baron.*, Annal. ad ann. 44. *Bellarm.* l. c. II, 1—10. *Benettis*, Privil. Rom. Pont. vindic. I, Proleg. § 1. 2. *Windischmann*, Vindiciae Petrinae. Ratisb. 1836. Hundhausen a. a. O. S. 17 ff. Hagemann, Die römische Kirche u. s. f. S. 627. *B. Jungmann*, Diss. selectae in hist. eccl. I, 27. *Lecler* l. c. W. Esser, Des hl. Petrus Aufenthalt, Episkopat und Tod zu Rom. Breslau 1889. Joh. Schmid, Petrus in Rom oder Novae Vindiciae Petrinae. Luzern 1892. Stimmen aus Maria-Laach 1888 Heft 7, S. 109; Heft 8, S. 253.

Die spätern Zeugnisse enthalten vielfach auch noch die Angabe von dem sogen. fünfundzwanzigjährigen römischen Pontificate des hl. Petrus. Diese ist dahin zu verstehen, daß zwischen der ersten Ankunft des Apostels in Rom und seinem dort erfolgten Martertode der genannte Zeitraum liege; nicht aber so, daß er ununterbrochen während desselben zu Rom sich aufgehalten habe. Vgl. (Lipsius,) Chronol. der röm. Päpste, Beil. I. Döllinger a. a. O. S. 101. Vgl. ebend. S. 96: „Während alle Hauptkirchen ihre Tradition über die Männer, denen sie ihre erste Gründung verdankten, haben, bezeichnet die allgemeine Tradition der ganzen und die specielle Tradition der römischen Kirche einstimmig den Petrus als den Stifter und den ersten Ordner dieser Kirche, und sie läßt ihn, was auf dasselbe hinauskommt, bereits unter Claudius das erste Mal nach Rom gehen.“ S. 100: „Petrus ist in Rom unter Nero als Martyrer den Tod am Kreuze gestorben, wozu Origenes noch den besondern Umstand erwähnt, daß er mit dem Haupte nach unten ans Kreuz geheftet worden sei. So lautet das einstimmige Zeugniß der ganzen alten Kirche, und die Gründe, mit denen man es bestritten, sind auf einem andern als dem Boden der historischen Forschung erwachsen.“ (Gieseler,) Kirchengesch. I, 80: „Es war parteiische Polemik, wenn einige Protestanten leugnen wollten, daß Petrus je in Rom gewesen sei.“ Vgl. (Harnack) a. a. O. S. 244.

3. Wie die Thatsache des römischen Pontificates Petri, so ist auch der darauf beruhende Glaube der Kirche, daß der römische Bischof der Amtsnachfolger des Apostels Petrus sei, durch die älteste Ueberlieferung sicher und deutlich bezeugt. Der römische Bischofsstuhl wird allgemein der Stuhl Petri oder der Apostolische Stuhl genannt.

Iren., Adv. haer. III, 3, 2 (n. 2). *Cypr.*, Ep. 59 (55), 19: Post ista adhuc insuper pseudoepiscopo sibi ab haereticis constituto navigare audent (die Novatianer) et ad Petri cathedram atque ad ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, a schismaticis et profanis litteras ferre nec

cogitare, eos esse Romanos, quorum fides Apostolo praedicante laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum. Vgl. Ep. 55, 7; 75, 17.

Hier., Ep. 15 (al. 57), 2: Ego nullum primum nisi Christum sequens, Beatitudini tuae, id est cathedrae Petri communione socior; super illam Petram aedificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in Noë arca non fuerit, peribit regnante diluvio. . . . Quicumque tecum non colligit, spargit; hoc est, qui Christi non est, Antichristi est. *Aug.*, C. lit. Petil. II, 51, 118: Cathedra tibi quid fecit ecclesiae Romanae, in qua Petrus sedit, et in qua hodie Anastasius sedet? Ed. 43 (al. 162), 7: Non mediocris utique auctoritatis (Carthago) habebat episcopum, qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret et Romanae ecclesiae, in qua semper apostolicae cathedrae viguit principatus . . . per communicatorias litteras esse coniunctum. Ep. 186 (al. 106), 2: Missae sunt itaque de hac re ex duobus conciliis, Carthaginiensi et Milevitano, relationes ad Apostolicam Sedem. . . . Scripsimus etiam ad beatae memoriae Papam Innocentium, praeter conciliorum relationes, litteras familiares, ubi de ipsa causa aliquanto diutius egimus. Ad omnia nobis ille rescripsit eo modo, quo fas erat atque oportebat Apostolicae Sedis antistitem. *Optat. Milev.*, De schism. Donat. II, 5: Unde est ergo, quod claves regni coelorum vobis usurpare contenditis (die Donatisten zu Rom), qui contra cathedram Petri vestris praesumptionibus et audaciis sacrilegio militatis? In dem von Papst Hormisdas (519) verfaßten und von dem Patriarchen Johannes von Constantinopel mit sämmtlichen orientalischen Bischöfen unterschriebenen Glaubensbekenntniß heißt es: Prima salus est regulam rectae fidei custodire et a constitutis Patrum nullatenus deviare. Et quia non potest Domini nostri Iesu Christi praetermitti sententia dicentis: Tu es Petrus etc., haec quae dicta sunt rerum probantur effectibus, quia in Sede Apostolica immaculata est semper servata religio. . . . Unde sicut praediximus, sequentes in omnibus Apostolicam Sedem et praedicantes eius omnia constituta, spero, ut in una communione vobiscum, quam Sedes Apostolica praedicat, esse merear, in qua est integra et verax christianae religionis soliditas. Dieses Glaubensbekenntniß wurde auch von dem achten allgemeinen Concil (Const. IV) bestätigt.

Andere Väter gebrauchen den Ausdruck, der römische Bischof sei (repräsentire) Petrus, oder Petrus lebe und wirke in ihm fort. Vgl. *Xyst.*, Ep. ad Ioan. Antioch. (*Mansi* V, 379): B. Petrus Apostolus in successoribus suis quod accepit, hoc tradidit. Quis ab eius se velit separare doctrina, quem ipse inter Apostolos primum magister edocuit? *Leo M.*, Serm. 2, 2: In Petri sede Petrum suscipit (Ecclesia), et a tanti amore pastoris nec in persona tam imparis tepescit haeredis. Serm. 3 (al. 2), 3: Manet ergo dispositio veritatis, et B. Petrus in accepta fortitudine petrae perseverans, suscepta Ecclesiae gubernacula non reliquit. Serm. 5 (al. 4), 4: Subiungit autem se ad rationem solemnitatis nostrae (assumptionis ad Pontificatum) non solum apostolica, sed etiam episcopalis beatissimi dignitas Petri, qui sedi suae praeesse non desinit, et indeficiens obtinet cum aeterno Sacerdote consortium. Soliditas enim illa, quam de Petra Christo etiam ipse Petra factus accepit, in suos quoque se transfundit haeredes, et ubicumque aliquid ostenditur firmitatis, non dubie apparet fortitudo pastoris. Vgl. *Alb. M.*, In Matth. 16 (unten n. 5). Vatic. Sess. 4, c. 2. Cat. Rom. P. I, c. 10, q. 10 (§ 132, 1).

4. Den Glaubenssatz, daß der römische Bischof kraft unmittelbarer göttlicher Einsetzung der Inhaber des Primates über die ganze Kirche sei, hat die Kirche öfters direct und feierlich definirt (a). Ebenso ist dieser Glaube der Kirche durch die beständige Ueberlieferung, welche theils in doctrinellen Aussprüchen der heiligen Väter, theils in geschichtlichen Thatsachen des innern Lebens der Kirche uns entgegentritt, auf das bestimmteste bezeugt (b).

a) *Gelas.*, Decr. in Conc. Rom. edit. (a. 494): Quamvis universae per orbem catholicae Ecclesiae unus thalamus Christi sit, sancta tamen Romana, catholica et apostolica Ecclesia *nullis synodicis constitutis* ceteris ecclesiis praelata est, sed *evangelica voce Domini et Salvatoris nostri primatum obtinuit:* Tu es Petrus etc. . . . Est ergo Petri Apostoli sedes, Romana Ecclesia, non habens maculam, neque rugam, nec aliquid huiusmodi. Later. IV, c. 5: Antiqua patriarchalium sedium privilegia renovantes, Sancta universali Synodo approbante, sancimus, ut post Romanam Ecclesiam, quae disponente Domino *super omnes alias ordinariae potestatis obtinet principatum*, utpote mater universorum Christi fidelium et magistra, Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineat. Prof. fidei Graec. in Conc. Lugdun. II, obl. (§ 134, 2). Prop. *Marsil. Patav.* et *Ioan. de Iandun.* a Ioan. XXII. damn. 2: Quod B. Petrus Apostolus non plus auctoritatis habuit, quam alii Apostoli habuerunt, nec aliorum Apostolorum fuit caput. Item quod Christus nullum caput dimisit Ecclesiae, nec aliquem vicarium suum fecit. Prop. *Wicleff.* damn. 4: Non est de necessitate salutis credere, Romanam Ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias. Prop. *Hus.* damn. 7: Petrus non est, nec fuit caput Ecclesiae sanctae catholicae. Prop. 9: Papalis dignitas a Caesare inolevit, et Papae perfectio et institutio a Caesaris potentia emanavit. Außerdem bestimmte Papst Martin V., die der hussitischen Häresie Verdächtigen sollten darüber befragt werden (n. 23): Utrum credat, quod B. Petrus fuerit *vicarius Christi,* habens potestatem ligandi et solvendi super terram. — (n. 24) Utrum credat, quod Papa canonice electus, qui pro tempore fuerit, eius nomine proprio expresso, sit *successor B. Petri,* habens *supremam auctoritatem in Ecclesia Dei.*

Florent. Decr. Union.: Item diffinimus S. Apostolicam Sedem et *Romanum Pontificem* in universum orbem tenere *primatum*, et ipsum Pontificem Romanum *successorem esse B. Petri principis Apostolorum*, et verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiae caput et omnium Christianorum patrem et doctorem exsistere; et ipsi in B. Petro *pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam* a Domino nostro Iesu Christo *plenam potestatem* traditam esse; quemadmodum etiam in gestis oecumenicorum Conciliorum et in sacris canonibus continetur.

Durch den letzten Satz soll ausgedrückt werden, daß die zuvor aufgestellte nähere Bestimmung des Primates des römischen Bischofes nicht bloß in der Heiligen Schrift, sondern auch in der Tradition, insbesondere in den frühern Lehrentscheidungen der Kirche, begründet sei. Die neuern Gegner der kirchlichen Lehre vom Primate haben sich nach dem Vorgange einzelner Gallikaner und des Febronius vielfach auf diesen Zusatz berufen, indem sie behaupteten, derselbe enthalte eine Einschränkung des Primates; dem Papste komme der Primat zu „nach Maßgabe der

Bestimmungen sowohl der Concilien als auch der kirchlichen Gesetze". Um diesen Sinn hineinlegen zu können, wurde dann weiter die Lesart quemadmodum *etiam* für eine Fälschung erklärt; in dem ursprünglichen Texte habe es geheißen: quemadmodum *et* in actis Conc. et s. canon. continetur. Hingegen wurde die Echtheit der Lesart quemadmodum *etiam*, wie schon früher von einer Reihe von Gelehrten (Steph. Baluzius, Tournely, Mamachius, Ballerini, Zaccaria), so auch neuerdings wieder sowohl von katholischer wie von protestantischer Seite (Frommann, Kritik des florent. Unionsdecretes. Leipzig 1870) unter Berufung auf die Handschriften (die Originalcopien des Unionsdecretes in der Vaticanischen Bibliothek und die zu Florenz, Bologna, Paris aufbewahrten; auch das für die Originalurkunde gehaltene Exemplar in der Bibl. Laurentiana zu Florenz hat die Lesart quemadmodum etiam) vertheidigt. Das etiam entspricht auch durchaus dem griechischen Texte. Die Uebersetzung et — et wäre nur dann grammatisch gefordert, wenn die Construction im Griechischen καὶ ἐν — καὶ ἐν lautete, was nicht der Fall ist (καθ' ὃν τρόπον καὶ ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τοῖς ἱεροῖς κανόσι διαλαμβάνεται). Das Decret würde auch sich selbst widersprechen, wenn es in dem letzten Satze die von den Gallikanern behauptete „Einschränkung" des Primates aufstellte, nachdem es zuvor den Primat als eine direct von Christus verliehene volle (plena potestas) Regierungsgewalt über die ganze Kirche definirt hatte. Vgl. Andries, Cathedra Romana oder der apostolische Lehrprimat I (Mainz 1872), 394.

Prop. *Luth.* a Leone X. damn. 25: Romanus Pontifex, Petri successor, non est Christi vicarius super omnes totius mundi ecclesias ab ipso Christo in B. Petro institutus. Vgl. Prof. fid. Trid. a *Pio IV.* praescr.: Sanctam catholicam et apostolicam Romanam Ecclesiam omnium ecclesiarum matrem et magistram agnosco, Romanoque Pontifici, B. Petri Apostolorum principis successori ac Iesu Christi vicario, veram obedientiam spondeo ac iuro. Vatic. Sess. 4, c. 2 (S. 706); c. 3 (§ 134, 1). Conc. Prov. Col. P. I, c. 25: Qui vero asserunt summum Pontificem non a Christo in persona Petri, sed ab Ecclesia potestatem ministerii accepisse, haereticis adnumerandi sunt.

b) Von den vielen directen Zeugnissen der Tradition für den Primat des römischen Bischofes (oder, was dasselbe ist, der bischöflichen Kirche zu Rom) mögen hier folgende hervorgehoben werden.

Der hl. Ignatius (Ad Rom. Prooem.) nennt die römische Kirche die Vorsteherin des Liebesbundes (d. i. der Kirche; siehe oben § 127, 4 c. Vgl. Rom. 9. Nirschl a. a. O. S. 66. Zeitschr. für kath. Theol. 1889, S. 576). Der hl. Irenäus (Adv. haer. III, 3, 2; siehe oben n. 2) lehrt, um den apostolischen Charakter des kirchlichen Glaubens zu beweisen, genüge es, darzuthun, daß der Glaube der römischen Kirche apostolisch sei; was von diesem Glauben gelte, gelte vom Glauben der ganzen katholischen Kirche. Denn mit der römischen Kirche müsse nothwendig kraft des ihr eigenthümlichen besondern Vorranges (propter potentiorem principalitatem) jede Kirche des Erdkreises im Glauben übereinstimmen. Wenngleich die grammatische Construction dieses Ausspruches im einzelnen verschieden aufgefaßt wird, so stimmen doch alle kirchlichen (und selbst außerkirchliche) Erklärer darin überein, daß der römischen Kirche vom hl. Irenäus ein Vorrang vor allen übrigen Kirchen zuerkannt werde; daß er sie insbesondere als Mittelpunkt und Quelle der kirchlichen Glaubenseinheit (mithin auch als die höchste Trägerin des kirchlichen Lehramtes, wodurch jene Glaubenseinheit bedingt ist) bezeichne; daß er endlich andeute, diese Autorität der römischen Kirche beruhe auf einer göttlichen

und darum unverletzlichen Institution (necesse est). Vgl. *Bellarm.*, De Rom. Pont. II, 15. *Massuet*, Opp. s. Iren. diss. III. Hagemann a. a. O. S. 598. *Schneemann*, S. Iren. de Eccl. Rom. princip. testim. etc. Frib. 1870. Heinrich, Dogm. Theol. II, 326.

Der hl. Cyprian bezeichnet den römischen Stuhl als Petri cathedra atque Ecclesia principalis, unde unitas sacerdotalis exorta est (Ep. 59, 19; vgl. oben n. 3). Die letzten Worte drücken die vom hl. Cyprian oft betonte Idee aus, daß der Ursprung und der fortdauernde Grund der kirchlichen Einheit in der Betrauung des Apostels Petrus mit dem Primate zu suchen sei. Andere Stellen siehe oben § 132, 2 a. *Aug.*, Ep. 43, 7; 186, 2 (n. 3).

Wie aus Irenäus (a. a. O.), Tertullian (De praescr. 36; S. 710), Augustinus (Ep. 43, 7) erhellt, galt die Uebereinstimmung im Glauben mit der römischen Kirche als genügendes bezw. als nothwendiges Kriterium der Orthodoxie, ihr Urtheil als kirchliche Glaubensregel (siehe § 140, 5). Vgl. *Aug.*, Ep. 191 (al. 104), 2: Nonnulli quippe eorum (haereticorum), antequam ista pestilentia manifestissimo etiam Sedis Apostolicae iudicio damnaretur, vobis innotescere potuerunt, quos nunc repente reticuisse perspicitis. *Hier.*, Adv. Ruf. I, 1: Fidem suam quam vocat? eamne, qua Romana pollet Ecclesia? an illam, quae in Origenis voluminibus continetur? Si Romanam responderit, ergo catholici sumus, qui nihil de Origenis errore transtulimus. Sin Origenis blasphemia fides illius est, dum mihi inconstantiae crimen impingit, se haereticum probat. Ep. 15, 2 (S. 712). *Vinc. Lir.*, Commonitor. 9 (bez. des Streites über die Ketzertaufe): Cum ergo undique ad novitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes quaquaversum sacerdotes pro suo quisque studio reniterentur, tunc beatae memoriae Papa Stephanus, Apostolicae Sedis antistes, cum ceteris quidem collegis suis, sed tamen prae ceteris restitit, dignum, ut opinor, existimans, si reliquos omnes tantum fidei devotione vinceret, quantum loci auctoritate superabat. Denique in Epistola, quae tunc ad Africam missa est, his verbis sanxit: *Nihil novandum, nisi quod traditum est.*

Daher suchten auch Häretiker und Schismatiker sehr oft den Ruf der Uebereinstimmung und Gemeinschaft mit dem römischen Stuhle sich zu erschleichen (Marcion, die Montanisten, Novatianer, Donatisten, Pelagius u. a.). Umgekehrt fanden auch die ungerechterweise Angeschuldigten beim Papste Schutz und Wahrung ihrer Rechte (Dionysius v. Alex., Marcellus v. Ancyra, Athanasius, Chrysostomus u. a.).

Auch viele andere Thatsachen beweisen, daß die römischen Bischöfe von Anfang an als die höchsten Gesetzgeber und Richter für die ganze Kirche in Sachen der Lehre und der Disciplin auftraten und allgemein anerkannt wurden (der Brief des hl. Clemens an die Korinther; das Verhalten des Papstes Victor in dem Streit über die Osterfeier; des Papstes Stephan in der Frage über die Ketzertaufe; des Papstes Cornelius gegenüber der novatianischen Spaltung; der Päpste zur Zeit des Auftretens der arianischen, nestorianischen, eutychianischen Häresie u. s. f. bis herab zu den jüngsten lehramtlichen oder gesetzgeberischen und richterlichen Acten des Apostolischen Stuhles).

Die hervorragendsten Zeugnisse der Tradition sind die Aussprüche der Päpste selbst, in welchen sie vielfach ausdrücklich den Primat Petri für sich in Anspruch nehmen, indem sie dabei auf die beständige Ueberlieferung der Kirche sich berufen.

So z. B. Papst Victor I. (Zeitgenosse des hl. Irenäus), De aleatoribus 1: Magna nobis ob universam fraternitatem cura est . . . et quoniam in nobis

divina et paterna pietas apostolatus ducatum contulit et vicariam Domini sedem coelesti ordinatione ordinavit et originem authentici apostolatus, super quem Christus fundavit ecclesiam, in superiore nostro portamus . . . salutari doctrina admonemur, ne dum delinquentibus assidue ignoscimus, ipsi cum eis pariter torqueamur. (Vgl. Zeitschr. für kath. Theol. 1888, S. 742.) Papst Julius I. schrieb an die Eusebianer, nachdem sie den hl. Athanasius auf einer Synode zu Antiochien (340) abgesetzt hatten: An ignari estis hanc esse consuetudinem, ut primum nobis scribatur, ut hinc, quod iustum est, definiri possit? Quapropter si isthic eiusmodi suspicio in Episcopum concepta fuerat, id huc ad nostram Ecclesiam referri oportuit. Vgl. *Athan.*, Apol. c. Arian. 35. Ueber dieselbe Synode bemerkt *Socr.*, Hist. eccl. II, 8: „Aber auch Julius, der Bischof von Rom, war nicht zugegen, noch hatte er einen Stellvertreter dorthin gesandt, da doch die kirchliche Regel verbietet, daß etwas ohne Genehmigung des römischen Bischofes in der Kirche beschlossen werde.“

Innoc. I., Ep. ad Episc. Syn. Milev. (417): Praesertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres et coëpiscopos nostros nonnisi ad Petrum, id est, sui nominis et honoris auctorem referre debere, velut nunc retulit vestra Dilectio, quod per totum mundum possit omnibus ecclesiis in commune prodesse. *Leo M.*, Serm. 3 (al. 2), 4: His itaque modis, Dilectissimi, rationabili obsequio celebratur hodierna festivitas, ut in persona humilitatis meae ille intelligatur, ille honoretur, in quo et omnium pastorum sollicitudo cum commendatarum sibi ovium custodia perseverat, et cuius dignitas etiam in indigno haerede non deficit. Siehe oben S. 712. Vgl. *Bellarm.* l. c. II, 13—31. *Petav.*, De eccl. hier. III, 15. 16. *Ballerini*, De vi ac ratione Primatus c. 13. Hefele, Conciliengesch. I—III. Schwane, Dogmengesch. der patr. Zeit S. 847—893. Heinrich a. a. O. II, 325—388. Die ältere Literatur siehe auch bei Phillips, Lehrb. des Kirchenr. S. 187. Hergenröther, Kath. Kirche und christl. Staat S. 865 ff. Heinrich a. a. O. I, 121.

5. Die mittelalterlichen Theologen haben ein ebenso klares Zeugniß für den beständigen Glauben der Kirche abgelegt. Wir finden bei ihnen insbesondere auch die von dem Florentinum und dem Vaticanischen Concil definirten nähern Bestimmungen des Primates als einer direct von Christus eingesetzten, die ganze Fülle der kirchlichen Gewalten (plenitudo potestatis) umfassenden, auf die ganze Kirche und alle ihre Glieder unmittelbar sich erstreckenden hierarchischen Würde (potestas universalis).

Anselm., Ep. IV, 13: Certum quippe est, quoniam qui non obedit Romani Pontificis ordinationibus, quae fiunt propter religionis christianae custodiam, inobediens est Apostolo Petro, cuius vicarius est, nec est de grege illo, qui ei a Deo commissus est. Quaerat igitur ille alias regni coelorum portas, qui per illas non intrabit, quarum claves Petrus Apostolus portat. *Bern.*, De consid. II, 8: Age, indagemus adhuc diligentius, qui sis, quam geras videlicet pro tempore personam in Ecclesia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, summus Pontifex. Tu princeps Episcoporum, tu haeres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu es, cui claves traditae, cui oves creditae sunt. Sunt quidem et alii coeli ianitores et gregum pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto et differentius

utrumque prae ceteris nomen haereditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos; tibi universi crediti, uni unus. Nec modo ovium, sed et pastorum tu unus omnium pastor. . . . Ergo, iuxta canones tuos, alii in partem sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis arctatur limitibus: tua extenditur et in ipsos qui potestatem super alios acceperunt. Nonne, si causa exstiterit, tu Episcopo coelum claudere, tu ipsum ab Episcopatu deponere etiam et tradere satanae potes? Vgl. oben § 132, 2 c. *Alb. M.,* Comm. in Matth. 16: *Dico autem tibi,* singulariter inquit, non quod *Petrus* singulariter acceperit claves, sed quia in unitate ordinis Ecclesiae unus est, qui accipit *in plenitudine potestatis,* qui est successor Petri et *Petrus in potestate;* alii autem in eadem unitate accipiunt in parte potestatis, eo quod vocantur in partem sollicitudinis. IV. Sent. d. 25, a. 40 ad 2: Summus Pontifex non consecratur ab Ostiensi, in quantum est summus, sed in quantum est Pontifex tantum. Sed iurisdictio universitatis potestatis descendit in ipsum a Domino ex hoc, quod Petro succedit. Summa theol. II, tr. 24, q. 141, n. 3: Superior aut habet potestatem limitatam aut potestatis plenitudinem, sicut Papa, qui est *Ordinarius cuiuslibet.* Si primo modo, tunc non habet potestatem in subditos (alterius, etsi inferioris) sine inferioris voluntate. Si secundo modo, tunc habet, quia Papa est Ordinarius omnium hominum, quia *vice Dei* est in terris.

Dieselbe Lehre findet sich beim hl. Bonaventura. Vgl. u. a. Brevil. P. VI, c. 12: Unus Pater Patrum, qui Papa merito appellatur, tamquam unus primus et summus Pater spiritualis omnium Patrum, immo omnium fidelium, et hierarcha praecipuus, sponsus unicus, caput indivisum, Pontifex summus, Christi vicarius, fons et origo, regula cunctorum principatuum ecclesiasticorum; a quo tamquam a summo derivatur ordinata potestas usque ad infima Ecclesiae membra, secundum quod exigit praecellens dignitas in ecclesiastica hierarchia. Op. Quare fratr. min. praed.: Triplex est autem huius potestatis plenitudo, scilicet quod ipse summus Pontifex solus habet totam plenitudinem auctoritatis, quam Christus Ecclesiae contulit; et quod ubique in omnibus ecclesiis habet illam sicut in speciali sede Romana; et quod ab ipso manat in omnes inferiores per universam Ecclesiam omnis auctoritas, prout singulis competit eam participare, sicut in coelo ab ipso fonte totius boni, Christo Iesu, fluit omnis gloria Sanctorum, licet eam differenter singuli participent pro captu suo. Kraft des Primates sind auch die Lehrentscheidungen des Papstes für die Kirche eine unantastbare Glaubensregel. Apol. Paup. 1: Quodsi tempore Sacerdotii figurativi Pontificis sententiae adversari malum erat, mortisque poena mulctandum, multo fortius tempore veritatis et gratiae revelatae, quando Christi vicario plenitudo potestatis collata esse dignoscitur, malum esse constat nullatenus tolerandum, in fide vel moribus eius definitioni dogmatizare contrarium, approbando quod ipse reprobat, reaedificando quod ipse destruit, defensando quod damnat.

Die Nothwendigkeit des Primates wird in speculativer Weise aus der Idee der Kirche und ihrer Einheit abgeleitet bei *S. Thom.,* C. Gent. IV, 76: Manifestum est autem quod, quamvis populi distinguantur per diversas dioeceses et civitates, tamen, sicut est una Ecclesia, ita oportet esse unum populum christianum. Sicut igitur in uno speciali populo unius Ecclesiae requiritur unus Episcopus, qui sit totius populi caput, ita in toto populo christiano requiritur, quod unus sit totius Ecclesiae caput. — Item ad unitatem Ecclesiae requiritur, quod omnes fideles in fide conveniant. Circa vero ea, quae fidei sunt,

contingit quaestiones moveri; per diversitatem autem sententiarum divideretur Ecclesia, nisi in unitate per unius sententiam conservaretur. Exigitur ergo ad unitatem Ecclesiae conservandam, quod sit unus, qui toti Ecclesiae praesit. Manifestum est autem, quod Christus Ecclesiae in necessariis non deficit, quam dilexit, et pro ea sanguinem suum fudit, cum et de synagoga dicatur per Dominum: *Quid est, quod debui ultra facere vineae meae, et non feci ei?* (Is. 5, 4.) — Non est igitur dubitandum, quin ex ordinatione Christi unus toti Ecclesiae praesit. — Adhuc, nulli dubium esse debet, quin Ecclesiae regimen sit optime ordinatum, utpote, per eum dispositum, per quem *Reges regnant et legum conditores iusta decernunt* (Prov. 8, 15). Optimum autem regimen multitudinis est, ut regatur per unum; quod patet ex fine regiminis, qui est pax; pax enim et unitas subditorum est finis regentis; unitatis autem congruentior causa est unus quam multi. Manifestum est igitur regimen Ecclesiae sic esse dispositum, ut unus toti Ecclesiae praesit. — Amplius, Ecclesia militans etc. (oben S. 702). Non potest autem dici quod, etsi Petro hanc dignitatem dederit, per eum tamen ad alios non derivatur. Manifestum est enim, quod Christus Ecclesiam sic instituit, ut esset usque ad finem saeculi duratura, secundum illud: *Super solium David, et super regnum eius sedebit, ut confirmet illud, et corroboret in iudicio et iustitia, amodo et usque in sempiternum* (Is. 9, 7). Manifestum est igitur, quod ita illos, qui tunc erant in ministerio, constituit, ut eorum potestas derivaretur ad posteros, pro utilitate Ecclesiae, usque ad finem saeculi; praesertim cum ipse dicat: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi* (Matth. 28, 20). Per hoc autem excluditur quorundam praesumptuosus error, qui se subducere nituntur ab obedientia et subiectione Petri, successorem eius, Romanum Pontificem, universalis Ecclesiae pastorem non recognoscentes. — IV. Sent. d. 20, q. 1, a. 4 ad 3: Papa habet plenitudinem Pontificalis potestatis, quasi rex in regno; sed Episcopi assumuntur in partem sollicitudinis, quasi iudices singulis civitatibus praepositi. Op. 19, c. 4: Papa habet immediatam iurisdictionem in omnes christianos, quia Romana Ecclesia *nullis synodicis constitutis ceteris ecclesiis praelata est, sed evangelica voce Domini . . . primatum obtinuit* (Decr. *Gelas.;* siehe oben n. 4). Vgl. unten § 140, 5. Leitner, Der hl. Thomas von Aquin über das unfehlbare Lehramt des Papstes (Freiburg 1872) S. 70 ff. *Fidel. a Fanna,* Seraph. D. Bonav. doctr. de Rom. Pont. prim. et infall. Taurin. 1870. Schwane, Dogmengesch. des Mittelalters S. 522 ff. Ueber die in der neuesten Zeit erhobene Einrede, der hl. Thomas habe zuerst „die Lehre vom Papste und seiner Machtfülle förmlich in die Dogmatik aufgenommen“ (Janus S. 91) und sei bei seiner Darstellung wesentlich durch gefälschte Väterstellen beeinflußt gewesen (!), siehe Leitner a. a. O. S. 74 f. 101. 117.

§ 134.

Fortsetzung.

C. Inhalt und wesentliche Eigenschaften des Primates.

1. Mit der Begründung des Primates aus den Quellen der Offenbarung und der Lehre der Kirche hat sich in dem Bisherigen zugleich ergeben, welches der Inhalt und die wesentlichen Eigenschaften der dem Papste zustehenden Gewalten in Bezug auf die Regierung der Kirche seien.

Das Vaticanische Concil hat das katholische Dogma in der genannten Beziehung von neuem definirt und erklärt, im Gegensatze zu den Verirrungen des Gallikanismus und Febronianismus. Als den Inhalt des Primates bezeichnet das Concil, im Anschluß an die Definition des Florentinums (§ 133, 4), die volle und höchste Jurisdictionsgewalt über die gesammte Kirche, nicht bloß in Sachen des Glaubens und der Sitten (das höchste Lehramt), sondern auch in allem, was die Disciplin und die Regierung der Kirche betrifft.

Vatic. Sess. 4, c. 3: Si quis itaque dixerit, Romanum Pontificem habere tantummodo officium *inspectionis* vel *directionis*, non autem *plenam* et *supremam potestatem iurisdictionis* in universam Ecclesiam, non solum in rebus, quae ad fidem et mores, sed etiam in eis, quae ad disciplinam et regimen Ecclesiae per totum orbem diffusae pertinent; aut eum habere tantum potiores partes, non vero totam plenitudinem huius supremae potestatis; aut hanc eius potestatem non esse *ordinariam* et *immediatam* sive in omnes ac singulas *ecclesias*, sive in omnes et singulos *pastores* et *fideles*, a. s. Conc. Prov. Col. P. I, c. 25: Et Romano quidem Pontifici, ut Ecclesiae capiti et fundamento visibili, Episcoporum principi pastorique supremo, vera iurisdictio episcopalis competit in universam Ecclesiam. Propterea ius ei inest convocandi Concilia generalia, iisdem praesidendi et sua confirmatione eorum decreta sanciendi, quae dein irreformabilia sunt ex se et ante Ecclesiae reliquae consensum. Penes ipsum est dispensare in legibus seu canonibus universalibus Ecclesiae, a iudicio ecclesiastico inferiore ad eius iudicium provocare fas, ab eius autem iudicio, cum supremum sit, ad aliud provocare semper nefas est. Vgl. *Devoti*, Inst. can. lib. 1, tit. 3, sect. 1 (und die dort angegebene ältere Literatur). *Bouix* l. c. P. II, sect. 2 und De Papa. Phillips, Lehrbuch des Kirchenr. S. 190. Der Primat ist mithin kein bloßer Ehrenvorrang (primatus *honoris*), auch kein bloßes Amt der Aufsicht oder Leitung den Bischöfen gegenüber (officium *inspectionis* vel *directionis*), wie Febronius u. a. behaupteten, sondern eine von den übrigen Bischöfen unabhängige Vollmacht der Gesetzgebung, Regierung und Gerichtsbarkeit (primatus *iurisdictionis*, *vera* iurisdictio), welche eine für die ganze Kirche bindende, nöthigenfalls auch durch Strafen geltend zu machende Kraft (vis *coactiva*) besitzt. Nur eine solche Vollmacht entspricht auch dem Zwecke des Primates; nur eine solche kann zur Erhaltung der kirchlichen Einheit dienen. Vgl. oben § 132, 2 a; 133, 1.

2. Die Jurisdictionsgewalt des Papstes ist mithin, ebenso wie seine Würde, die höchste in der Kirche (potestas *suprema*). Sie überragt ihrem Inhalte und Umfange nach die der übrigen Bischöfe, mögen diese einzeln oder in ihrer Gesammtheit, mögen sie in der Zerstreuung (dispersi) oder auf einem Concil versammelt gedacht werden. Immer ist der Papst das Haupt der ganzen Kirche, dem alle ihre Glieder zum Gehorsame verpflichtet sind. An ihn kann gegen alle übrigen Vorsteher der Kirche appellirt werden. Hingegen gibt es keine höhere Instanz in der Kirche, welche den Papst richten oder an die vom Papste appellirt werden könnte.

Conc. Lugd. II, Prof. fidei: Ad quam (Rom. Eccl.) potest gravatus quilibet super negotiis ad ecclesiasticum forum pertinentibus appellare; et in

omnibus causis ad examen ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius potest iudicium recurri; et eidem omnes ecclesiae sunt subiectae, ipsarum praelati obedientiam et reverentiam sibi dant. Ad hanc autem sic potestatis plenitudo consistit, quod ecclesias ceteras ad sollicitudinis partem admittit; . . . sua tamen observata praerogativa tum in generalibus conciliis, tum in aliquibus aliis semper salva. Vatic. Sess. 4, c. 3: Docemus proinde et declaramus Ecclesiam Romanam, disponente Domino, *super omnes alias ordinariae potestatis obtinere principatum* et hanc Romani Pontificis iurisdictionis potestatem, quae vere episcopalis est, *immediatam esse:* erga quam cuiuscumque ritus et dignitatis pastores atque fideles, tam seorsum singuli quam simul omnes, officio hierarchicae subordinationis veraeque obedientiae obstringuntur, non solum in rebus, quae ad fidem et mores, sed etiam in iis, quae ad disciplinam et regimen Ecclesiae per totum orbem diffusae pertinent; ita, ut custodita cum Romano Pontifice tam communionis, quam eiusdem fidei professionis unitate, Ecclesia sit unus grex sub uno summo pastore. Haec est catholicae veritatis doctrina, a qua deviare salva fide atque salute nemo potest. . . . Et quoniam divino Apostolici primatus iure Romanus Pontifex universae Ecclesiae praeest, docemus et declaramus eum esse *iudicem supremum fidelium* et in omnibus causis ad examen ecclesiasticum spectantibus ad ipsius posse iudicium recurri; Sedis vero Apostolicae, cuius auctoritate maior non est, iudicium *a nemine fore retractandum*, neque cuiquam de eius licere iudicare iudicio. Quare a recto veritatis tramite aberrant, qui affirmant licere ab iudiciis Romanorum Pontificum ad oecumenicum Concilium tamquam ad auctoritatem Romano Pontifice superiorem appellare. Vgl. oben § 133, 4. Prop. ab *Alex. VIII.* damn. n. 29: Futilis et toties convulsa est assertio de Pontificis Romani supra Concilium oecumenicum auctoritate atque in fidei quaestionibus decernendis infallibilitate. Declar. Cleri Gall. Prop. 2 (*Denz.*, Enchir. n. 1189). Vgl. § 10, 1. 2.

3. Jede Art von Jurisdictionsgewalt, welche Christus überhaupt seiner Kirche anvertraut hat, ist im Primate ihrer ganzen Fülle nach enthalten, und diese volle Gewalt (potestas *plena*) erstreckt sich auf die ganze Kirche, ohne jede örtliche oder persönliche Einschränkung (potestas *universalis*). Die übrigen Träger der kirchlichen Jurisdictionsgewalt nehmen an derselben nur theil, je in größerem oder geringerem Umfange. So ist also die Jurisdictionsgewalt der übrigen Bischöfe weder eine potestas *plena* (es steht ihnen manches nicht zu, was dem Papste eben als Haupt der ganzen Kirche zukommt, und es kann ihre Gewalt in einzelnen Punkten durch den Papst eingeschränkt werden; das sogen ius reservationis) noch eine potestas *universalis* (sie erstreckt sich nicht auf das Haupt und nicht auf alle Glieder der Kirche, sie ist local beschränkt). Letzteres ist nur da nicht der Fall, wo die auf einem Concil versammelten Bischöfe in Verbindung mit dem Papste für die ganze Kirche bestimmte Gesetze oder Urtheile erlassen.

Florent. l. c. (§ 133, 4). Trid. Sess. 14, c. 7: Unde merito Pontifices Maximi pro suprema potestate, sibi in Ecclesia universali tradita, causas aliquas criminum graviores suo potuerunt peculiari iudicio reservare. Vatic. l. c. Conc. Prov. Col. P. I, c. 25 (n. 1). Prop. Syn. Pistor. damn. 6: Doctrina Synodi, qua profitetur *persuasum sibi esse, Episcopum accepisse a Christo omnia*

iura necessaria pro bono regimine suae dioecesis, perinde ac si ad bonum regimen cuiusque dioecesis necessariae non sint superiores ordinationes spectantes sive ad fidem et mores sive ad generalem disciplinam, quarum ius est penes summos Pontifices et Concilia generalia pro universa Ecclesia: schismatica, ad minus erronea. Prop. 8: Item, quod et sibi persuasum esse ait, *iura Episcopi a Iesu Christo accepta pro gubernanda Ecclesia nec alterari nec impediri posse;* . . . in eo quod innuit, iurium episcopalium exercitium nulla superiori potestate praepediri aut coërceri posse, quandocumque Episcopus proprio iudicio censuerit, minus id expediri maiori bono Ecclesiae; inducens in schisma et subversionem hierarchici regiminis, erronea. Vgl. § 133, 5.

4. Von seiner höchsten und vollen Gewalt kann der Papst allen Gliedern der Kirche gegenüber, weil ihr alle unterworfen sind, unmittelbar Gebrauch machen, ohne dazu einer Bevollmächtigung oder Erlaubniß von seiten einer andern hierarchischen Stufe zu bedürfen oder darin beschränkt werden zu können. Darum wird die päpstliche Gewalt eine potestas *immediata* genannt. Hingegen kann die bischöfliche Jurisdiction durch den Papst, als die höhere Instanz, nach Inhalt und Umfang (quoad res et personas; die Exemtion) beschränkt werden, und es ist denkbar, daß in manchen Fällen die Bischöfe in Bezug auf kirchliche Jurisdictionsacte nur als Bevollmächtigte des Papstes fungiren.

Vatic. l. c. n. 2. Vgl. *Alb. M., Bonav.* und *S. Thom.* l. c. (§ 133, 5).

Den Einwand, daß nach dieser Lehre jede Diöcese zwei Bischöfe habe, hat schon der hl. Thomas widerlegt: Inconveniens esset, si duo *aequaliter* super eandem plebem constituerentur. Sed quod duo, quorum unus alio *principalior* est, super eandem plebem constituantur, non est inconveniens. Et secundum hoc super eandem plebem immediate sunt et sacerdos parochialis et Episcopus et Papa, et quilibet eorum potest ea, quae sunt iurisdictionis ad ipsum pertinentia, alteri (d. i. einem andern) committere. IV. Sent. d. 17, q. 3, a. 3; q. 5 ad 3. Vgl. Op. 19, c. 4 (§ 133, 5).

5. Die Gewalt des Papstes ist ihrer Natur und ihrem Inhalt nach eine bischöfliche Gewalt; der Primat ist nichts anderes als die höchste in der Kirche existirende bischöfliche Würde (potestas *episcopalis*). Dieselben göttlichen Vollmachten (der Lehre und der Regierung der Kirche) bilden den Inhalt des Primates und des einfachen Episkopates, nicht aber irgendwelche vom Episkopat wesentlich verschiedene Gewalten; der Unterschied beschränkt sich darauf, daß diese dem Papste in höchster Fülle und der ganzen Kirche gegenüber innewohnen. Ferner hat Christus, indem er dem hl. Petrus den Primat übertrug, damit eine ständiges kirchliches Amt gestiftet, das allzeit von den Nachfolgern des Apostels bekleidet werden soll. Aus diesem Grunde ist der Primat keine bloß vorübergehend übertragene (am wenigsten eine von der Kirche übertragene) Vollmacht (potestas *delegata*, *extraordinaria*), sondern eine wirkliche und dauernde Amtsgewalt (potestas *ordinaria*), und zwar das Amt der Stellvertretung Christi in seiner Eigenschaft als Haupt der Kirche (Christi vicarius). Der Papst ist der

Ordinarius aller Kirchen und aller Gläubigen, d. h. vermöge seines Amtes der höchste Vorsteher der ganzen Kirche und aller Glieder derselben.

Vatic. l. c. n. 2. Vgl. § 133, 5. *S. Thom.*, IV. Sent. d. 20, q. 1, a. 4 ad 3 (§ 133, 5). Ibid. d. 24, q. 3, a. 2 ad 3: Potestas sacerdotis exceditur a potestate Episcopi quasi a potestate alterius generis; sed potestas Episcopi exceditur a potestate Papae quasi a potestate eiusdem generis, et ideo omnem actum hierarchicum, quem potest facere Papa in administratione Sacramentorum, potest facere Episcopus; non autem omnem actum, quem potest facere Episcopus, potest facere sacerdos in Sacramentorum collatione. Vgl. *Grandes-rath* l. c. p. 220.

Auch die übrigen Apostel besaßen die bischöfliche Gewalt als eine potestas *plena* et *universalis* (siehe § 133, 2 a). Aber in dieser Beziehung war ihre Gewalt eine nur ihnen persönlich verliehene potestas *extraordinaria*, die als solche nicht auf ihre Nachfolger übergehen sollte. Dieses Verhältniß tritt auch sofort klar hervor bei den Gehülfen und Nachfolgern, welche die Apostel sich im bischöflichen Amte bestellten. Nur der römische Bischof ist der Amtsnachfolger eines Apostels in Bezug auf die ganze Fülle der von ihm bekleideten bischöflichen Gewalt (potestas *plena, universalis, suprema*), weil nur dem betreffenden Apostel (Petrus) jene Fülle der Gewalten als ein ständiges Amt (pot. *ordinaria*) übertragen worden war. Hingegen gilt von den Bischöfen, daß die Gesammtheit derselben (*collegium* Episcoporum) den Aposteln (*collegium* Apostolorum) succedire in der Regierung der Gesammtkirche.

Cypr., Ep. 59 (55), 20: Nam cum . . . singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque et gubernet rationem sui actus Domino redditurus, oportet utique eos, quibus praesumus, non circumcursare nec Episcoporum concordiam cohaerentem sua subdola et fallaci temeritate collidere. *Bern.*, De consid. II, 8 (§ 133, 5). Ueber den Ausdruck *sollicitudo* ecclesiarum (*Leo M.*, *Bern.* ll. cc. S. 716 ff.) vgl. *Salmer.*, Doctr. de iurisd. Episcop. (ed. Mogunt. 1871, p. 105): Per partem *sollicitudinis* non nudam sollicitudinis (i. e. curae) partem, sed partem *potestatis* (i. e. curae potestativae) intelligendam esse voluerunt (doctores). Nam quia is, qui praeest, in sollicitudine praeesse debet, ut ait Apostolus (Rom. 12, 11), ipsam potestatem, ne efferrentur Episcopi, partem sollicitudinis vocari voluerunt; ita ut perinde sit in partem sollicitudinis eos esse vocatos atque participare eos partem illius summae ac plenae potestatis, per quam Romanis Episcopis convenit sollicitudo omnium Ecclesiarum. Näheres über den Charakter der bischöflichen Gewalt und ihren Ursprung siehe § 135.

§ 135.

Die weitere Gliederung der Hierarchie. Der Episkopat, Presbyterat und Diakonat.

1. Nach Christi Anordnung ist in der Kirche für alle Zeiten an die Stelle des Apostelcollegiums der Episkopat als Träger der kirchlichen Jurisdictionsgewalt getreten, so zwar, daß in ihm auch dieselbe Verfassung fortdauert, welche Christus dem Apostelcollegium durch die Einsetzung des Primates Petri

verliehen hatte. Der letzte Theil dieses Dogmas, die Fortdauer der Primates in der Kirche und sein Verhältniß zum Episkopate, wurde zuvor dargelegt. Es erübrigt, nun auch die göttliche Einsetzung der übrigen hierarchischen Stufen, des Episkopates, des Presbyterates und des Diakonates, nachzuweisen. Das Tridentinum hat dieselbe ausdrücklich definirt, indem es zugleich andeutet, daß die unmittelbar göttliche Anordnung auf die drei genannten hierarchischen Stufen sich beschränke (hierarchia iuris *divini*). Die weitere in der Kirche sich findende Gliederung der Hierarchie (Patriarchen, Primaten, Erzbischöfe u. s. w.) ist demnach menschlichen Ursprunges (hierarchia iuris *ecclesiastici*).

Trid. Sess. 23, c. 4: Proinde sacrosancta Synodus declarat, praeter ceteros ecclesiasticos gradus, *Episcopos,* qui *in Apostolorum locum successerunt,* ad hunc hierarchicum ordinem praecipue pertinere; et positos, sicut idem Apostolus ait, a Spiritu Sancto, *regere Ecclesiam Dei;* eosque *presbyteris superiores esse* ac Sacramentum Confirmationis conferre, ministros Ecclesiae ordinare, atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent. Ibid. can. 6 (§ 130, 2). Can. 7: Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi, vel eam, quam habent, illis esse cum presbyteris communem . . ., a. s. Ueber die Verschiedenheit des Episkopates und des Presbyterates vgl. auch Prop. *Mars. Patav.* et *Ioan. de Iand.* damn. 4: Quod omnes sacerdotes, sive sit Papa sive archiepiscopus sive sacerdos simplex, sunt ex institutione Christi auctoritatis et iurisdictionis aequalis.

Daß die bischöfliche Gewalt ebenso wie der Primat eine eigentliche Amtsgewalt (potestas *ordinaria,* keine bloß delegirte oder außerordentliche Vollmacht) sei und darum direct auf alle ihr Untergebenen sich erstrecke, siehe Vatic. Sess. 4, c. 3: Tantum autem abest, ut haec Summi Pontificis potestas officiat *ordinariae* et *immediatae* illi *episcopalis iurisdictionis potestati,* qua Episcopi, qui positi a Spiritu Sancto in Apostolorum locum successerunt, tamquam veri pastores assignatos sibi greges, singuli singulos, pascunt et regunt, ut eadem a supremo et universali Pastore asseratur, roboretur ac vindicetur. . . . Conc. Prov. Col. P. I, c. 25: Etsi Romano Pontifici episcopalis potestas competit in universam Ecclesiam, reliqui tamen Episcopi potestatis regendi Ecclesiam, quem in finem episcopatus institutus est, sunt consortes, et Romani Pontificis auctoritate assumpti, illam, quam in ordinatione potestatem acceperunt, legitime exercent. Episcopi *iure divino superiores sunt presbyteris.* Hi uti *non sunt iudices in quaestionibus fidei,* ita neque constitui sunt ad *regendam per leges Ecclesiam,* nisi quatenus ab Episcopo, cui pastoralis cura, regimen et administratio Ecclesiae in spiritualibus et temporalibus plenarie committitur, ad id delegantur. Sunt igitur ordinis Sacramento initiati presbyteri adiutores Episcoporum ad Sacramenta administranda, ad cultum curandum, ad doctrinam sacram tradendam legumque exsecutionem urgendam secundum illam iurisdictionis partem, quae ab Episcopis iis fuerit commissa. Vgl. die schöne Beschreibung des bischöflichen Amtes ibid. c. 23.

In welchem Sinne die Bischöfe Amtsnachfolger der Apostel seien, siehe oben § 133, 2 a; 134, 5. Phillips, Lehrb. des Kirchenr. S. 288: „Der Episkopat in seiner Gesammtheit regiert in Gemeinschaft mit Petrus die gesammte Kirche; der

einzelne Bischof als solcher ist aber der Inhaber der Kirchengewalt in dem bestimmten, ihm vom Papste überwiesenen kleinern Gebiete, welches ehedem Parochie hieß, jetzt den Namen Diöcese führt. Die Bischöfe haben daher, obschon in der bischöflichen Weihe dem Papste gleichstehend, doch nicht wie dieser die Fülle der Kirchengewalt, sondern sie nehmen an derselben theil. So wie sie in dem Papste den Mittelpunkt ihrer Einheit haben, so ist wiederum der einzelne Bischof für seine Diöcese der Mittelpunkt der Einheit, und seine Aufgabe besteht eben darin, seine Kirche in der Uebereinstimmung mit dem Glauben und mit der Ordnung der Gesammtkirche zu erhalten."

Es ist ein feststehendes Dogma, daß die bischöfliche Gewalt eine potestas *ordinaria* und als solche unmittelbar von Christus eingesetzt sei (Trid., Vat. l. c.); ebenso auch, daß die Bischöfe die sacramentale Gewalt der Gnadenspendung (pot. *ordinis*) durch die Consecration unmittelbar von Gott empfangen. Hingegen ist es eine viel verhandelte wissenschaftliche Streitfrage, ob die Bischöfe die Jurisdictionsgewalt ebenfalls (und zwar als pot. *ordinaria*) direct von Gott oder durch Vermittlung des Papstes überkommen.

Die Vertreter der letztern Ansicht berufen sich, wie es scheint, mit Recht, auf einzelne ältere Zeugnisse der Tradition (*Innocent. I.*, Ep. ad episc. Conc. Milev.: . . . ad Petrum, id est, *sui nominis et honoris auctorem.* Siehe oben § 133, 4 b. *Leo M.*, Serm. 4, 2: Si quid cum eo [Petro] commune ceteris voluit esse principibus, numquam nisi per ipsum dedit quidquid aliis non negavit. Ibid. Ep. 10, 1: Sed huius muneris — d. i. das kirchliche Lehramt — sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro, Apostolorum omnium summo, principaliter collocarit; et ab ipso quasi quodam capite, dona sua velit in corpus omne manare; ut exsortem se mysterii intelligeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. *Bonav.* l. c. S. 717); ferner auf den monarchischen Charakter, den die Verfassung der Kirche durch den Primat besitzt; dieser fordere, daß die Regierungsgewalt von dem einen Haupte auf die übrigen Glieder des hierarchischen Körpers übergeleitet werde. Endlich weisen dieselben darauf hin, daß die Eintheilung der Kirche in Diöcesen nicht unmittelbar göttlichen Ursprungs, sondern eine kirchliche Institution ist; darum sei auch die Einsetzung in die Regierung eines bestimmten Kirchengebietes kirchlichen Rechtes und stehe dem Papste zu. Von diesem Rechte der Regierung einer bestimmten Diöcese ist dann wieder das Recht der Theilnahme an der Regierung der Gesammtkirche, wie die Bischöfe es auf einem allgemeinen Concil in Verbindung mit dem Papste ausüben (oben § 134, 3), zu unterscheiden. Dieses Recht überkommt der einzelne Bischof direct durch die rechtmäßige bischöfliche Weihe, weil er dadurch ein Glied der Hierarchie wird, welcher Christus die Regierung der Gesammtkirche anvertraut hat. Darum steht auch jedem Bischofe als solchem ohne besondere Bevollmächtigung von seiten des Papstes das Recht zu, an einem allgemeinen Concil theilzunehmen (cum voto decisivo), wofern er desselben nicht durch positive rechtliche Gründe verlustig gegangen ist. Das Tridentinum hat diese Streitfrage nicht in durchaus unzweideutiger und directer Weise entschieden. Vgl. Sess. 23, can. 8: Si quis dixerit, Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis *assumuntur*, non esse legitimos, et veros Episcopos, sed figmentum humanum, a. s. Vgl. Conc. Prov. Col. P. I, c. 25 (§ 135, 1). *Bellarm.*, De Rom. Pont. IV, 23. *Salmer.* l. c. *Devoti* l. c. tit. I, sect. 1. 2. Hergenröther, Kath. Kirche und christl. Staat II, 865. *Iacobi Lainez* Disputationes Tridentinae I (ed. Grisar. Oenip. 1886), 97.

4. Indem die Seligen das göttliche Wesen schauen, erkennen sie nothwendig in gleicher Weise die (von jenem nicht reell verschiedenen) absoluten Vollkommenheiten sowie die relativen Attribute desselben oder die göttliche Trinität. Ferner auch die übernatürliche Heils- und Gnadenordnung, welche hienieden den Gegenstand des Glaubens bildet. Sie erkennen in Gott klar und vollständig den Inhalt und Zusammenhang der Glaubensgeheimnisse, deren Wahrheit und Schönheit; vor allem auch ist das Geheimniß der Menschwerdung und der Menschgewordene selbst für sie ein Gegenstand vollkommenster Erkenntniß und Liebe. Ferner schauen sie die in ihnen selbst und in allen seligen Himmelsbewohnern fortdauernde Wirksamkeit der göttlichen Liebe und Gnade, nicht minder alles thatsächlich im Himmel oder auf Erden sich Ereignende, was auf sie Bezug hat, wie z. B. die an sie gerichteten Gebete. Endlich wird nach dem Vorgange einzelner Väter von den Theologen allgemein angenommen, daß die Seligen auch eine vollkommene Erkenntniß der Natur und ihrer Ordnung erlangen, indem sie in dem göttlichen Logos die Ideen aller Dinge schauen.

Die göttliche Wesenheit wird das primäre Object der visio beatifica genannt, weil ihre Anschauung das Wesen der himmlischen Seligkeit ausmacht, und weil die Erkenntniß der übrigen (secundären) Objecte in ihr sich gründet.

Florent. l. c. (S. 994): Intueri clare ipsum Deum trinum et unum, sicut est. Cat. Rom. l. c. q. 6 (S. 1002).

Joh. 14, 9 (§ 53, 2 d); 17, 3 (S. 1002). 2 Kor. 5, 6 (S. 994). 1 Joh. 3, 2 (S. 1002).

Aug., Civ. XX, 21, 1: Ibi videbimus, et gaudebit cor nostrum. Nec expressit, quid videbimus; sed quid, nisi Deum? . . . et omnia illa, quae nunc non videmus, credentes autem, pro modulo capacitatis humanae, longe minus quam sunt atque incomparabiliter cogitamus. *Et videbitis*, inquit, *et gaudebit cor vestrum.* Hic creditis, ibi videbitis. Auch die ewigen Strafen der Verdammten gehören zum Bereiche dieser Erkenntniß. Ibid. XXI, 9, 2: Quid autem horum verum sit (die verschiedenen Auffassungen des „Feuers" und des „Wurmes", Marc. 9, 43), res ipsa expeditius indicabit, quando erit scientia tanta sanctorum, ut eis cognoscendarum illarum poenarum necessaria non sit experientia, sed ea, quae tunc erit plena atque perfecta, ad hoc quoque sciendum sapientia sola sufficiat. Nunc enim ex parte scimus, donec veniat, quod perfectum est.

S. Thom. 2, 2, a. 8 ad 3: Summa bonitas Dei secundum modum, quo nunc intelligitur per effectus, potest intelligi absque Trinitate personarum; sed secundum, quod intelligitur in seipsa, prout videtur a beatis, non potest intelligi sine Trinitate personarum. Ibid. 3, q. 3, a. 3: Intellectus dupliciter se habet ad divina: uno modo ut cognoscat Deum sicut est; et sic impossi-

bile est, quod circumscribatur per intellectum aliquid a Deo, et quod aliud remaneat, quia totum, quod est in Deo, est unum salva distinctione personarum; quarum tamen una tollitur, sublata alia, quia distinguuntur solum relationibus, quas oportet esse simul.

Ueber die wechselseitige Erkenntniß der Seligen siehe *Cypr.*, De mortal. 26 (S. 995). *Aug.*, Serm. 243 (al. 6, de div.), 5, 5: Cogitationes, quas modo non videt nisi Deus, omnes invicem videbunt in illa societate sanctorum. Nemo ibi vult tectum esse, quod cogitat, quia nemo ibi male cogitat. . . . Qui ibi erunt, non ideo se agnoscent, quia facies videbunt; maiori notitia ibi erit invicem agnitio. Sic videbunt omnes, et multo excellentius, quomodo hic solent videre Prophetae. Divine videbunt, quando Deo pleni erunt. *Greg. M.*, Dial. IV, 33: Quia enim illic omnes communi claritate Deum conspiciunt, quid est, quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt? Derselbe beruft sich ebendaselbst auf die Parabel vom armen Lazarus und vom reichen Prasser (Luc. 16, 23 f.) zur Begründung des Satzes: Quia et boni malos, et mali cognoscunt bonos. Vgl. W. Schneider a. a. O. S. 215.

Bezüglich der idealen Erkenntniß der natürlichen Wesenheiten und Kräfte vgl. *Aug.*, De Gen. ad lit. IV, 24, 41: Quapropter cum sancti Angeli, quibus post resurrectionem coaequabimur, si viam (quod nobis Christus factus est) usque in finem tenuerimus, semper videant faciem Dei, Verboque eius unigenito Filio, sicut Patri aequalis est, perfruantur, in quibus prima omnium creata est sapientia; procul dubio universam creaturam, in qua ipsi sunt principaliter conditi, in ipso Verbo Dei prius noverunt, in quo sunt omnium, etiam quae temporaliter facta sunt, aeternae rationes, tamquam in eo, per quod facta sunt omnia. *Prosp.*, De vita contempl. I, 4: Nec latebit iam perfecte beatos aliquid secretorum, qui, quod est longe praestantius, ipsum visuri sunt mundis cordibus Deum. Ibid. III, 33: Non solum omnium creaturarum rationem, sed etiam ipsam sui creatoris eminentiam facie revelata conspicient. *Bern.*, Serm. de tripl. gen. bon. (de divers. 16) 7: O sapientia, qua tunc omnia, quae in coelo et quae in terra sunt, perfectissime cognoscemus, in ipso fonte sapientiae rerum omnium cognitionem bibentes!

Daß die Seligen in Gott die auf sie bezüglichen thatsächlichen Begebnisse erkennen, lehrt das Conc. Paris. (1528) c. 13: Beatis pervium esse omniforme illud divinitatis speculum, *in quo quidquid eorum intersit, illucescat.*

S. Thom. 3, q. 10, a. 2: Unusquisque enim intellectus creatus in Verbo cognoscit, non quidem omnia simpliciter, sed tanto plura, quanto perfectius videt Verbum. Nulli tamen intellectui beato deest, quin cognoscat in Verbo omnia, quae ad ipsum spectant. Vgl. oben S. 488. Die kirchliche Sitte der Verehrung und Anrufung der Heiligen hat diese Wahrheit zur Voraussetzung. *S. Thom.* 2, 2, q. 83, a. 4 ad 2: Mortui ea, quae in hoc mundo aguntur, considerata eorum naturali conditione, non cognoscunt, et praecipue interiores motus cordis. Sed beatis, ut Gregorius dicit (Mor. XII, 14), in Verbo manifestatur illud, quod decet eos cognoscere de eis, quae circa nos aguntur, etiam quantum ad interiores motus cordis; maxime autem excellentiam eorum decet, ut cognoscant petitiones ad eos factas vel voce vel corde; et ideo petitiones, quas ad eos dirigimus, Deo manifestante cognoscunt.

Da die Seligen das Wesen Gottes (bezw. die göttliche Allmacht) nicht begreifen, so können sie auch keine vollständige Erkenntniß des thatsächlichen oder bloß möglichen göttlichen Wirkens besitzen.

S. Thom. 1, q. 12, a. 8: Intellectus creatus videndo divinam essentiam non videt in ipsa omnia, quae facit Deus vel facere potest. Manifestum est enim, quod sic aliqua videntur in Deo, secundum quod sunt in ipso. Omnia autem alia sunt in Deo, sicut effectus sunt virtute in sua causa. Sed manifestum est, quod quanto aliqua causa perfectius videtur, tanto plures eius effectus in ipsa videri possunt. . . . Nullus autem intellectus creatus totaliter Deum comprehendere potest. . . . Nullus igitur intellectus creatus videndo Deum potest cognoscere omnia, quae Deus facit vel potest facere; hoc enim esset comprehendere eius virtutem; sed horum, quae Deus facit vel facere potest, tanto aliquis intellectus plura cognoscit, quanto perfectius Deum videt. Vgl. oben S. 488. Hieraus folgt nicht, daß das natürliche Verlangen nach Erkenntniß der Wahrheit in den vollendeten Geistern nicht vollständig befriedigt und mithin auch ihre Seligkeit keine vollkommene sei. Ibid. ad 4: Naturale desiderium rationalis creaturae est ad sciendum omnia illa, quae pertinent ad perfectionem intellectus; et haec sunt species et genera rerum, et rationes earum, quae in Deo videbit quilibet videns essentiam divinam. Cognoscere autem alia, singularia, et cogitata et facta eorum, non est de perfectione intellectus creati; nec ad hoc eius naturale desiderium tendit, nec iterum cognoscere illa, quae nondum sunt, sed fieri a Deo possunt. Si tamen solus Deus videretur, qui est fons et principium totius esse, et veritatis, ita repleret naturale desiderium sciendi, quod nihil aliud quaereretur et beatus esset. Unde dicit Augustinus, Conf. V, 4: *Infelix homo, qui scit omnia illa* (scilicet creaturas), *te tamen nescit; beatus autem, qui te scit, etiamsi illa nesciat. Qui vero te et illa novit, non propter illa beatior est, sed propter te solum beatus.*

Da die Erkenntniß der Seligen keine absolute Allwissenheit sein kann, so ist sie ohne Zweifel als eine stetig fortschreitende zu denken. Vgl. Eph. 3, 10. 1 Petr. 1, 12 (§ 75, 4). Vgl. *Petav.*, De Deo VII, 9. *Bill.* l. c. a. 10. *Tournely,* De Deo p. 14. Siehe unten S. 1017 ff.

5. Mit der Anschauung des göttlichen Wesens verbindet sich als deren Frucht in den vollendeten Gerechten der liebende Genuß desselben. So erfreuen sie sich des vollkommensten geistigen Besitzes Gottes. Dieser macht einerseits ihre höchste Seligkeit aus, anderseits erhebt er sie zur vollkommensten übernatürlichen Verähnlichung mit Gott durch die innigste Theilnahme am göttlichen Leben (a). Zur Vollendung dieser himmlischen Glückseligkeit gehört auch das sichere Bewußtsein ihrer Unverlierbarkeit oder ewigen Dauer sowie die absolute ewige Befreiung von jeglichem moralischen und physischen Uebel (b).

a) *Bened. XII.* l. c. (S. 1001). Cat. Rom. l. c. q. 6 (S. 1002); q. 9: Divina haec plane sunt, nec ullis verbis explicari aut cogitatione comprehendi a nobis possunt. Verum licet aliquam huius beatitudinis imaginem in eis etiam rebus, quae sensu percipiuntur, cernere. Nam quemadmodum ferrum admotum igni ignem concipit, et, quamvis eius substantia non mutetur, fit tamen, ut diversum quippiam, nimirum ignis, esse videatur: eodem modo, qui in coelestem illam gloriam admissi sunt, Dei amore inflammati ita afficiuntur, cum tamen id, quod sunt, esse non desinant, ut multo magis distare ab iis, qui in hac vita sunt, merito dici possint, quam ferrum candens ab eo, quod

nullam caloris vim inter se contineat. Ut igitur rem paucis complectamur, summa illa et absoluta beatitudo, quam essentialem vocamus, in Dei possessione constituenda est. Quid enim ei ad perfectam felicitatem deesse potest, qui Deum optimum et perfectissimum possidet?

1 Joh. 3, 2 (S. 1002). 1 Kor. 13, 8: Caritas numquam excidit, sive prophetiae evacuabuntur, sive linguae cessabunt, sive scientia destruetur. Ps. 16, 15: Satiabor, cum apparuerit gloria tua.

Iren., Adv. haer. IV, 20, 5 (S. 1003). *Aug.*, Civ. XII, 1. 2: Beatitudinis igitur illorum (Angelorum bonorum) causa est, adhaerere Deo. Quocirca istorum (malorum) miseriae causa ex contrario est intelligenda, quod est, non adhaerere Deo. . . . Non est creaturae rationalis vel intellectualis bonum, quo beata sit, nisi Deus. Ibid. n. 3: Quam porro magna sit laus, adhaerere Deo, ut ei vivat, inde sapiat, illo gaudeat, tantoque bono sine morte, sine errore, sine molestia perfruatur, quis cogitare digne possit, aut eloqui? De mor. Eccl. I, 14: Nam quid erit aliud optimum hominis, nisi cui inhaerere est beatissimum? Id autem est solus Deus, cui haerere certe non valemus, nisi dilectione, amore, caritate.

Petr. Lomb., II. Sent. d. 1, § 4: Et quia non valet eius (Dei) beatitudinis particeps exsistere aliquis nisi per intelligentiam, quae quanto magis intelligitur, tanto plenius habetur, fecit Deus rationalem creaturam, quae summum bonum intelligeret, et intelligendo amaret, et amando possideret, ac possidendo frueretur. Vgl. oben S. 270.

S. Thom. 2, 1, q. 4, a. 1: Delectatio causatur ex hoc, quod appetitus requiescit in bono adepto. Unde cum beatitudo nihil aliud sit quam adeptio summi boni, non potest esse beatitudo sine delectatione concomitante. Ibid. a. 2: Visio est causa delectationis. Ergo visio est potior quam delectatio. . . . Delectatio enim consistit in quadam quietatione voluntatis; quod autem voluntas in aliquo quietetur, non est nisi propter bonitatem eius, in quo quietatur. Si ergo voluntas quietatur in aliqua operatione, ex bonitate operationis procedit quietatio voluntatis. . . . Unde manifestum est, quod principalius bonum est ipsa operatio, in qua quietatur voluntas, quam quietatio voluntatis in ipso. Diese Freude in Gott ist zugleich der vollkommenste Friede. Ibid. q. 3, a. 4 ad 1: Pax pertinet ad ultimum hominis finem, non quasi essentialiter sit ipsa beatitudo, sed quia antecedenter et consequenter habet se ad ipsam. Antecedenter quidem, in quantum iam sunt remota omnia perturbantia et impedientia ab ultimo fine; consequenter vero, in quantum iam homo, adepto ultimo fine, remanet pacatus desiderio quietato.

Seit dem Mittelalter wurde die Frage von den Theologen vielfach erörtert, ob das Wesen der himmlischen Glückseligkeit (beatitudo formalis) in einer Thätigkeit des menschlichen Intellectes (Thomas) oder des Willens, namentlich in der actuellen vollkommenen Liebe Gottes (Scotus), oder in beidem zugleich (Bonaventura und manche Spätscholastiker) bestehe. Vgl. *Ripalda* l. c. disp. 101. *Bill.*, De ultimo fine diss. II, a. 2.

S. Thom. 2, 1, q. 3, a. 4: Ad beatitudinem . . . duo requiruntur: unum quod est esse beatitudinis; aliud quod est quasi per se accidens eius, scilicet delectatio ei adiuncta. Dico ergo, quod quantum ad id, quod est essentialiter ipsa beatitudo, impossibile est, quod consistat in actu voluntatis. Manifestum est enim ex praemissis, . . . quod beatitudo est consecutio finis ultimi. Consecutio autem finis non consistit in ipso actu voluntatis; voluntas autem

fertur in finem et absentem, cum ipsum desiderat, et praesentem, cum in ipso requiescens delectatur. Manifestum est autem, quod ipsum desiderium finis non est consecutio finis, sed est motus ad finem. Delectatio autem advenit voluntati ex hoc, quod finis est praesens; non autem e converso ex hoc aliquid fit praesens, quia voluntas delectatur in ipso. Oportet igitur aliquid aliud esse quam actum voluntatis, per quod fit finis ipse praesens voluntati. Et hoc manifeste apparet circa fines sensibiles. Si enim consequi pecuniam esset per actum voluntatis, statim a principio cupidus consecutus esset pecuniam, quando vult eam habere; sed a principio quidem est absens ei, consequitur autem ipsam per hoc, quod manu ipsam apprehendit, vel aliquo huiusmodi; et tunc iam delectatur in pecunia habita. Sic igitur et circa intelligibilem finem contingit. Nam a principio volumus consequi finem intelligibilem; consequimur autem ipsum per hoc, quod fit praesens nobis per actum intellectus; et tunc voluntas delectata conquiescit in fine iam adepto. Sic igitur essentia beatitudinis in actu intellectus consistit. Sed ad voluntatem pertinet delectatio beatitudinem consequens, secundum quod Augustinus dicit Conf. X, 23, quod *beatitudo est gaudium de veritate,* quia scilicet ipsum gaudium est consummatio beatitudinis. Der Kern des Problems bezeichnet genau *Bill.* l. c. § 1: Semper prae oculis habendum est *essentiam beatitudinis formalis* nihil aliud esse quam assecutionem beatitudinis obiectivae, quia est id, quo obiectum beatificans unitur subiecto beatificabili. Et ideo illa actio constituit essentiam beatitudinis formalis, quae est formaliter assecutiva ultimi finis. Quae vero concomitanter vel consequenter se habent ad illam, sunt eius proprietates et ornatus, atque ad eius statum pertinent.

Ripalda meint (l. c. sect. 2, n. 10), es handle sich im Grunde bei dieser Controverse um einen bloßen Wortstreit. Seine eigene Ansicht vgl. ibid. sect. 3, n. 12: Sentio igitur creaturam rationalem esse beatam duplici beatitudine essentiali; alia, quae in sola visione, seorsum ab amore; alia, quae in solo amore, seorsum a visione adaequate consistat: atque adeo omnes superiores sententias esse veras in eo, quod affirmant, falsas vero in eo, quod negant. Nam prima affirmat visionem esse adaequate beatitudinem essentialem, et negat amorem esse; secunda affirmat amorem esse, et negat esse visionem; tertia vero esse utrumque actum simul, et negat esse seorsum. Nos autem asserimus, tum visionem, tum amorem, tum utrumque actum simul, et seorsum, esse adaequate beatitudinem essentialem; ita ut in quolibet seorsum ab alio reperiatur conceptus essentialis beatitudinis, scilicet assecutio et possessio sufficiens summi boni, quae beatum a non beato distinguat, cui debeantur cetera bona beatitudinem comitantia. Ibid. n. 14: Rursus, quemadmodum ex multiplici sanctitate suppositi integratur una sanctitas complectens compositione *quasi homogenea* plures et varias sanctitates, quae simplici voce *sanctitatis* significantur: hic ex multiplici beatitudine suppositi integratur una beatitudo, quae simplici voce *beatitudinis* significatur, complectens compositione quasi homogenea plures et diversas beatitudines.

Darin stimmen alle überein, daß die himmlische Seligkeit thatsächlich die innigste und vollkommenste Lebensverbindung des geschaffenen Geistes mit Gott einschließe, und daß diese ebensowohl in der vollkommensten Liebe Gottes als des höchsten Gutes wie in der Anschauung des göttlichen Wesens und in der Antheilnahme an dessen Glückseligkeit bestehe. Darum ist sie eben auch die Vollendung

des übernatürlichen, gottverbundenen Lebens, das hienieden in dem Glauben sowie in der Gnade und Liebe Gottes seinen Anfang nahm und seine Wurzel besaß (§ 118, 3). Hieraus erklärt es sich auch, daß, während der Glaube und die Hoffnung jenseits durch die Anschauung und den Besitz Gottes aufgehoben werden, die Liebe Gottes und mit ihr der Gnadenstand (gratia habitualis sanctificans) dort zu ewig währender Vollendung gelangen.

S. Thom. 2, 1, q. 4, a. 3: Necesse est ad beatitudinem ista tria concurrere, scilicet visionem, quae est cognitio perfecta intelligibilis finis; comprehensionem, quae importat praesentiam finis; delectationem vel fruitionem, quae importat quietationem rei amantis in amata. Vgl. Suppl. 3, q. 95, a. 5.

Less., De summo bono II, 5: Beatitudo ex integro spectata consistit in perfectissima unione vitali cum Deo. Perfecta autem unio non solum postulat coniunctionem per intellectum, sed etiam per affectum, quia non minus voluntas immediate attingit Deum quam intellectus; sunt enim hae duae facultates instar duorum brachiorum, quibus animus Deum complectitur eumque sibi astringit et tenet. Ergo etiam unio voluntatis ad rationem beatitudinis pertinet. Denique nemo beatus est, qui eo, quod amat, non fruitur. Atqui is, qui non delectatur, non fruitur; ergo qui caret delectatione, non est beatus. Ex quibus perspicuum videtur ad rationem beatitudinis hosce tres actus requiri, visionem, amorem et gaudium seu delectationem. Sic enim animus complete unitur Deo, eoque ut summo bono suo perfecte fruitur. Vgl. Scheeben, Dogm. II, 308. Kirschkamp, Gnade und Glorie in ihrem innern Zusammenhang betrachtet (Würzburg 1878) S. 74. E. Bautz, Der Himmel (Mainz 1881) S. 129.

Bezüglich der theologischen Tugenden des Glaubens und der Hoffnung vgl. *Bened. XII.* l. c. (S. 1001).

S. Thom. 2, 1, q. 67, a. 3: Imperfectio cognitionis est de ratione fidei, ponitur enim in eius definitione; fides enim est *substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium,* ut dicitur ad Hebr. 11, 1; et Augustinus dicit tr. 40 in Ioan. n. 9: *Quid est fides? Credere, quod non vides.* Quod autem cognitio sit sine apparitione vel visione, hoc ad imperfectionem cognitionis pertinet; et sic imperfectio cognitionis est de ratione fidei. Unde manifestum est, quod fides non potest esse perfecta cognitio eadem numero manens. . . . Beatitudo autem de sui ratione habet perfectionem ex parte subiecti, ut scilicet beatus videat id, quo beatificatur. . . . Unde manifestum est, quod impossibile est, quod fides maneat simul cum beatitudine in eodem subiecto. Ibid. a. 4: Spes autem importat motum quendam in id, quod non habetur. . . . Et ideo quando habetur id, quod speratur, scilicet divina fruitio, iam spes esse non poterit.

Ueber die jenseitige Fortdauer und Vollendung der Liebe Gottes siehe 1 Kor. 13, 8 (S. 1012). Cat. Rom. l. c. q. 9 (S. 1011). *S. Thom.,* Comm. in 1 Cor. 13 l. 3: *Caritas numquam excidit,* quia scilicet sicut est in statu viae, ita permanebit in statu patriae et cum augmento. 2, 1, q. 67, a. 6: Quando imperfectio alicuius rei non est de ratione speciei ipsius, nihil prohibet idem numero, quod prius fuit imperfectum, postea perfectum esse, sicut homo per augmentum perficitur et albedo per intensionem. Caritas autem est amor, de cuius ratione non est aliqua imperfectio; potest enim esse et habiti et non habiti, et visi et non visi. Unde caritas non evacuatur per gloriae perfectionem, sed eadem numero manet. Nur wenige Theologen (Scotus,

Lessius u. a.) haben diesen letzten Satz bestritten und angenommen, die jenseitige Liebe werde von der diesseitigen specifisch verschieden sein. Vgl. *Less.*, De summo bono II, 14, n. 110 sqq.

Die jenseitige Vollendung der Liebe besteht einerseits in einer der Anschauung des höchsten Gutes entsprechenden Erhöhung ihrer Intensivität (augmentum caritatis), anderseits darin, daß sie zu einer schlechthin actuellen wird, die keinerlei Unterbrechung erleidet; endlich darin, daß sie den Charakter der Nothwendigkeit und Unverlierbarkeit annimmt (siehe unten n. 6).

Aug., De spir. et lit. 36, 64: Quis vero existimare audeat, cum eo ventum fuerit, quod ait, *ut cognoscam, sicut et cognitus sum* (1 Cor. 13, 12), tantam Dei dilectionem fore contemploratoribus eius, quanta fidelibus nunc est; aut ullo modo hanc illi tamquam de proximo comparandam? . . . Cum ab hac peregrinatione, in qua per fidem nunc ambulatur, perventum erit ad speciem, quam nondum visam speramus, et per patientiam exspectamus, procul dubio et ipsa dilectio non solum supra quam hic habemus, sed longe supra quam petimus et intelligimus erit.

S. Thom. 2, 2, q. 24, a. 8: Perfectio caritatis potest intelligi dupliciter: uno modo ex parte diligibilis, alio modo ex parte diligentis. Ex parte quidem diligibilis perfecta est caritas, ut diligatur aliquid, quantum diligibile est. Deus autem tantum diligibilis est, quantum bonus est; bonitas autem eius est infinita; unde infinite diligibilis est. Nulla autem creatura potest eum diligere infinite, cum quaelibet virtus creata sit finita. Unde per hunc modum nullius creaturae caritas potest esse perfecta, sed solum caritas Dei, qua seipsum diligit. Ex parte vero diligentis tunc est caritas perfecta, quando diligit tantum, quantum potest. Quod quidem contingit tripliciter: uno modo sic quod totum cor hominis actualiter semper feratur in Deum; et haec est perfectio caritatis patriae, quae non est possibilis in hac vita, in qua impossibile est, propter humanae vitae infirmitatem, semper actu cogitare de Deo et moveri dilectione ad ipsum. Ibid. a. 5 (§ 119, 4 b). Bezüglich der heiligmachenden Gnade vgl. De ver. q. 27, a. 5 ad 6: Sicut enim caritas viae non tollitur, sed in patria remanet augmentata propter hoc, quod in sui ratione nullum defectum importat, ita gratia cum nullum in sui ratione importet defectum, per sui augmentum fit gloria; nec dicitur esse diversa perfectio naturae in statu viae et patriae quantum ad gratiam propter diversam formam perficientem, sed propter diversam perfectionis mensuram. Si autem gratiam accipiamus cum omnibus virtutibus, quas informat, sic gratia et gloria non sunt idem, quia aliquae virtutes in patria evacuantur, ut fides et spes.

b) Die ewige Dauer der himmlischen Seligkeit sprechen alle kirchlichen Symbole in den Worten Vitam *aeternam* aus (siehe n. 1).

Ueber die origenistische Irrlehre von einem möglichen Sündenfall der Vollendeten siehe oben S. 332. 988. Ausdrücklich wurde das Dogma von Benedikt XII. definirt (siehe S. 1001). Later. IV, c. 1 (siehe unten § 169 und oben § 76, 4). Cat. Rom. l. c. q. 3 (S. 1000).

Matth. 25, 46: Ibunt iusti in vitam aeternam. Joh. 3, 16 (§ 93, 1); 10, 28: Et ego vitam aeternam do eis (ovibus meis), et non peribunt in aeternum, et non rapiet eas quisquam de manu mea. 1 Joh. 2, 25. 1 Petr. 5, 4: Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriae coronam. Hebr. 9, 15 (aeterna haereditas).

Cypr., Ad Demetr. 26: Cum ipso (Christo) semper vivemus, facti per ipsum filii Dei. Cum ipso semper exsultabimus, ipsius cruore reparati. Erimus christiani cum Christo simul gloriosi, de Deo Patre beati, de perpetua voluptate laetantes semper in conspectu Dei et agentes Deo gratias semper. Neque enim poterit nisi laetus esse semper et gratus, qui cum morti fuisset obnoxius, factus est immortalitate securus.

Aug., De corr. et gr. 10, 27 (§ 75, 1). Hier wird auch betont, daß das sichere Bewußtsein der Unverlierbarkeit zum Wesen einer vollkommenen Glückseligkeit gehöre. Ueber die origenistische Lehre vgl. Civ. XII, 20. Ibid. n. 3: Illa enim nobis veraciter promittitur vera felicitas, cuius erit semper retinenda, et nulla infelicitate rumpenda certa securitas. Vgl. ibid. XXI, 17. 23.

S. Thom. 2, 1, q. 5, a. 4: Primo quidem ex ipsa communi ratione beatitudinis (erhellt die Falschheit der origenistischen Lehre). Cum enim ipsa beatitudo sit perfectum bonum et sufficiens, oportet, quod desiderium hominis quietet et omne malum excludat. Naturaliter autem homo desiderat retinere bonum, quod habet, et quod eius retinendi securitatem obtineat; alioquin necesse est, quod timore amittendi vel dolore de certitudine amissionis affligatur. Requiritur igitur ad veram beatitudinem, quod homo certam habeat opinionem, bonum quod habet numquam se amissurum. (Diese Ueberzeugung muß auch eine wahre sein; das Gegentheil wäre mit dem Begriffe einer wahren Glückseligkeit, welche alle Uebel ausschließt, unvereinbar.) Secundo idem apparet, si consideratur ratio beatitudinis in speciali. Ostensum est enim supra, quod perfecta beatitudo hominis in visione divinae essentiae consistit. Est autem impossibile, quod aliquis videns divinam essentiam velit eam non videre, quia omne bonum habitum, quo aliquis carere vult, aut est insufficiens, et quaeritur aliquid sufficientius loco eius, aut habet aliquod incommodum annexum, propter quod in fastidium venit. Visio autem divinae essentiae replet animam omnibus bonis, cum coniungat fonti totius bonitatis. . . . Similiter etiam non habet aliquod incommodum adiunctum, quia de contemplatione sapientiae dicitur Sap. 8, 16: *Non habet amaritudinem conversatio illius, nec taedium convictus eius.* Sic ergo patet, quod *propria voluntate* beatus non potest beatitudinem deserere. Similiter etiam non potest eam perdere *Deo subtrahente,* quia cum subtractio beatitudinis sit quaedam poena, non potest talis subtractio a Deo iusto iudice provenire nisi pro aliqua culpa; in quam cadere non potest, qui Dei videt essentiam. . . . Similiter etiam nec aliquod *aliud agens* potest eam subtrahere, quia mens Deo coniuncta super omnia alia elevatur, et sic ab huiusmodi coniunctione nullum aliud agens potest ipsam excludere.

Durch die Anschauung des göttlichen Wesens erlangen die Seligen zugleich eine ewig unwandelbare Befestigung in der Liebe Gottes; sie lieben Gott nothwendig und können darum nicht mehr der Sünde verfallen.

Vgl. § 75, 4. *Aug.*, De spir. et lit. 36, 64 (S. 1015). Civ. XXII, 30, 3: Nec ideo liberum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe erit liberum, a delectatione peccandi usque ad delectationem non peccandi indeclinabilem liberatum. . . . Erit ergo illius Civitatis et una in omnibus, et inseparabilis in singulis voluntas libera, ab omni malo liberata, et impleta omni bono, fruens indeficienter aeternorum iucunditate gaudiorum, oblita culparum, oblita poenarum; nec tamen ideo suae liberationis oblita, ut liberatori suo non sit grata. *S. Thom.* 2, 2, q. 4, a. 4: Beatitudo ultima consistit in visione divinae essentiae, quae est ipsa essentia

bonitatis; et ita voluntas videntis Dei essentiam ex necessitate amat, quidquid amat sub communi ratione boni, quam novit; et hoc ipsum est, quod facit voluntatem rectam. Unde manifestum est, quod beatitudo non potest esse sine recta voluntate. Vgl. 1, q. 62, a. 8 (§ 75, 4). Man kann daher auch auf die jenseitige Vollendung das Wort des Apostels anwenden (Röm. 14, 17): Non est enim regnum Dei esca et potus; sed iustitia et pax et gaudium in Spiritu Sancto (*S. Thom.*, Comm. in Rom. 14, l. 2: Haec autem tria, quae hic tanguntur, imperfecte quidem in hac vita habentur, perfecte autem quando sancti possidebunt regnum Dei sibi paratum). Ebenso Is. 32, 18: Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, et in tabernaculis fiduciae, et in requie opulenta (Cat. Rom. l. c. q. 12).

Die himmlische Vollendung oder „ewige Ruhe" ist demnach nicht als ein Zustand der Unthätigkeit oder bloßen Passivität zu denken; sie ist vielmehr durch die vollkommenste, ununterbrochen fortdauernde Thätigkeit der beiden Grundkräfte der Seele (des Intellectes und des Willens) bedingt. Und diese Thätigkeit ist vermöge der Unendlichkeit des Objectes, auf welches sie gerichtet ist, in gewissem Sinne eine allzeit neue und fortschreitende.

Aug., Ep. 55 (al. 119), 9, 17: Quod enim nunc . . . fide ac spe gerimus, atque ut ad id perveniamus, dilectione satagimus, requies est quaedam ab omni labore omnium molestiarum sancta atque perpetua. . . . Inest autem in illa requie non desidiosa segnitia, sed quaedam ineffabilis tranquillitas actionis otiosae. Sic enim ab huius vitae operibus in fine requiescitur, ut in alterius vitae actione gaudeatur.

S. Thom. 2, 1, q. 3, a. 2 ad 4: Una et continua et sempiterna operatione in illo beatitudinis statu mens hominis Deo coniungitur.

Bezüglich der Befreiung der Seligen von allen physischen Uebeln siehe Cat. Rom. l. c. q. 4: Nam, ut sancti Patres tradiderunt, aeternae vitae felicitas omnium malorum liberatione et bonorum adeptione definienda est. Der Katechismus verweist für ersteres auf Apok. 7, 16: Non esurient neque sitient amplius, nec cadet super illos sol neque ullus aestus; (17) quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos et deducet eos ad vitae fontes aquarum, et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Ebd. 21, 4: Et mors ultra non erit, neque luctus neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt.

Aug., Civ. XXII, 30, 1: Quanta erit illa felicitas, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus! Nam quid aliud agatur, ubi neque ulla desidia cessabitur, neque ulla indigentia laborabitur, nescio.

6. Den verschiedenen Graden der diesseitigen sittlichen Vollendung der Gerechten sowie dem verschiedenen Maße der von ihnen hienieden erworbenen Verdienste entsprechen ebenso viele Gradunterschiede der ihnen im Himmel zu theil werdenden Glückseligkeit. Diesen mit der Lehre vom Verdienste nothwendig gegebenen Glaubenssatz hat die Kirche ausdrücklich definirt. Schrift und Tradition bezeugen denselben in gleicher Weise. Die nächste Ursache jener Gradunterschiede kann nur in einem verschiedenen Maße des den Auserwählten von Gott mitgetheilten lumen gloriae gefunden werden.

Florent. l. c. (S. 994): Pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius (intueri Deum). Trid. Sess. 6, can. 32 (§ 121, 1). Zugleich mit der

Lehre vom Verdienste bestritten diesen Glaubenssatz Jovinian und die Reformatoren (ebend.).

Joh. 14, 2: In domo Patris mei mansiones multae sunt (Cat. Rom. l. c. q. 12: In quibus maiora et minora praemia, ut quisque promeritus erit, reddentur). 1 Kor. 3, 8: Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Ebd. 15, 41 (bezüglich der leiblichen Verklärung): Stella enim a stella differt in claritate; (42) sic et resurrectio mortuorum. 2 Kor. 9, 6: Qui parce seminat, parce et metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet.

Iren., Adv. haer. IV, 13, 3: Quanto autem plus eum dilexerimus, hoc maiorem ab eo gloriam accipiemus, cum simus semper in conspectu Patris. *Tert.*, C. Gnost. 6: Aut quomodo multae mansiones apud Patrem, si non pro varietate meritorum? Quomodo et stella a stella distabit in gloria, nisi pro diversitate radiorum? *Cypr.*, De hab. virg. 23: Sed cum habitationes multas apud Patrem suum dicat, melioris habitaculi hospitia demonstrat. Habitacula ista meliora vos petitis, carnis desideria castrantes maioris gratiae praemium in coelestibus obtinetis. *Hier.*, Adv. Iovin. II, 13: Non est iniustus Deus, ut obliviscatur operis eius, et dispar meritum aequali mercede compenset. *Aug.*, In Ioan. tr. 67, n. 2: Etsi alius est alio fortior, alius alio sapientior, alius alio iustior, alius alio sanctior; *in domo Patris mansiones multae sunt;* nullus eorum alienabitur ab illa domo, ubi mansionem pro suo quisque accepturus est merito.

Die Parabel Matth. 20, 1—16 steht diesem Satze nicht entgegen. Der eine Denar, welchen alle Arbeiter ohne Unterschied empfangen, bedeutet die eine ewige Seligkeit des Himmels, ihrem Wesen nach betrachtet. Zu dieser sind alle Menschen ohne Ausnahme von Gott berufen und empfangen dieselbe, wofern sie dem Rufe der göttlichen Gnade folgen, d. i. ihr Seelenheil wirken. Damit ist ein mannigfaltiger Gradunterschied im Besitze und Genusse dieser einen Seligkeit nicht ausgeschlossen. *Hier.*, Adv. Iovin. l. c. *Aug.* l. c.: Quo utique denario vita significatur aeterna, ubi amplius alio nemo vivit, quoniam vivendi non est diversa in aeternitate mensura. Sed multae mansiones diversas meritorum in una vita aeterna significant dignitates. Serm. 87 (al. 59, de verb. Dom.), 4, 6: Erimus ergo in illa mercede omnes aequales, tamquam primi novissimi, et novissimi primi; quia denarius ille vita aeterna est, et in vita aeterna omnes aequales erunt. Quamvis enim meritorum diversitate fulgebunt, alius magis, alius minus: quod tamen ad vitam aeternam pertinet, aequalis erit omnibus. Vgl. *Petav.* l. c. c. 10. 11. *S. Thom.* 2, 1, q. 5, a. 2 ad 1: Unitas denarii significat unitatem beatitudinis ex parte obiecti; sed diversitas mansionum significat diversitatem beatitudinis secundum diversum gradum fruitionis.

Wie das Florentinum (l. c.; S. 994) andeutet, besteht die Verschiedenheit dieser Grade in einer größern oder geringern Vollkommenheit der Anschauung des göttlichen Wesens und demgemäß auch des Genusses seiner Güte und Schönheit.

S. Thom. l. c. a. 2: In ratione beatitudinis duo includuntur, scilicet ipse finis ultimus, qui est summum bonum et adeptio vel fruitio ipsius boni. Quantum igitur ad ipsum bonum, quod est beatitudinis obiectum et causa, non potest esse una beatitudo alia maior, quia non est nisi summum bonum, scilicet Deus, cuius fruitione sunt beati. Sed quantum ad adeptionem huiusmodi boni vel fruitionem, potest aliquis alio esse beatior, quia, quanto magis hoc bono fruitur, tanto beatior est. Contingit autem aliquem perfectius frui

Deo quam alium, ex eo, quod est melius dispositus vel ordinatus ad eius fruitionem; et secundum hoc potest aliquis alio beatior esse.

Da die visio beatifica überhaupt schlechthin durch das lumen gloriae bedingt ist und die Seele durch Mittheilung desselben zur seligen Anschauung Gottes erhoben wird (S. 1005), so können auch die Gradunterschiede der himmlischen Seligkeit zunächst nur in einem verschiedenen Maße jener Gnade begründet sein. Letzteres wird dann wiederum, wie durch den freien Willen und die Liebe Gottes, so auch durch die Verdienste und die Disposition der zu Beseligenden, insbesondere durch die Vollkommenheit ihrer Gottesliebe, bestimmt. Die natürliche geistige Begabung derselben kann jene Unterschiede nicht begründen, weil nicht die natürliche Erkenntnißkraft, sondern das lumen gloriae die Seele zur unmittelbaren Anschauung Gottes befähigt und erhebt.

S. Thom. 1, q. 12, a. 6 (mit Bezug auf 1 Kor. 15, 41): Dicendum, quod videntium Deum per essentiam unus alio perfectius eum videbit. Quod quidem non erit per aliquam Dei similitudinem perfectiorem in uno quam in alio, cum illa visio non sit futura per aliquam similitudinem, . . . sed hoc erit per hoc, quod intellectus unius habebit maiorem virtutem seu facultatem ad videndum Deum, quam alterius. Facultas autem videndi Deum non competit intellectui creato secundum suam naturam, sed per lumen gloriae, quod intellectum in quadam deiformitate constituit. . . . Unde intellectus plus participans de lumine gloriae perfectius Deum videbit. Plus autem participabit de lumine gloriae, qui plus habet de caritate; quia, ubi est maior caritas, ibi est maius desiderium, et desiderium quodammodo facit desiderantem aptum ad susceptionem desiderati. Unde qui plus habebit de caritate, perfectius Deum videbit et beatior erit.

Da nun allen Auserwählten das Wesen der himmlischen Seligkeit ungeschmälert zu theil wird; da diejenigen, welche zu höhern Graden derselben erhoben werden, dazu nur durch ein höheres Gnadenmaß befähigt werden, so ergibt sich, daß alle an sich vollkommen selig sind, und daß durch die Erkenntniß jener Gradunterschiede diese ihre Seligkeit nicht im mindesten getrübt wird. Letzteres folgt überdies aus der vollkommenen Einigung ihres Willens mit dem göttlichen Willen.

Greg. M., Mor. XXXIV, 14: In illa beatitudinis vita non dispari, unusquisque iuxta dispar meritum locum disparem percipit; sed eius disparitatis damna non sentit; quia tantum sibi, quantum perceperit, sufficit. *Aug.*, Civ. XXII, 30, 2: Ceterum qui futuri sint pro meritis praemiorum etiam gradus honorum atque gloriarum, quis est idoneus cogitare, quanto magis, dicere? Quod tamen futuri sint, non est ambigendum. Atque id etiam beata Civitas illa magnum in se bonum videbit, quod nulli superiori ullus inferior invidebit, sicut nunc non invident Archangelis Angeli ceteri; tamque nolet esse unusquisque, quod non accepit, quamvis sit pacatissimo concordiae vinculo ei, qui accepit obstrictus, quam nec in corpore vult oculus esse qui est digitus, cum membrum utrumque contineat totius carnis pacata compago. Sic itaque habebit donum alius alio minus, ut hoc quoque donum habeat, ne velit amplius.

S. Thom. 2, 1, q. 5, a. 2 ad 3: Nulli beato deest aliquod bonum desiderandum, cum habeat ipsum bonum infinitum, quod est *bonum omnis boni,* ut Augustinus dicit de Trin. XIII, 7. Sed dicitur aliquis alio beatior ex diversa eiusdem boni participatione.

Die Gradunterschiede der himmlischen Seligkeit betreffen auch die sogen. bona *accessoria* oder die außer der Anschauung Gottes (praemium *essentiale*) den Vollendeten im Himmel zu theil werdenden (secundären oder accidentellen) Ehren und Freuden, welche in jener sich gründen und ihnen theils aus ihrer innigen Beziehung zu Gott und den Mitgenossen ihrer himmlischen Seligkeit, theils aus ihrer fortdauernden Antheilnahme an dem Leben und Wirken der streitenden Kirche auf Erden erwachsen.

Cat. Rom. l. c. q. 5: Sed illa in primis distinctione uti oportebit, quam a gravissimis divinarum rerum scriptoribus accepimus; ii enim duo bonorum genera esse statuunt, quorum alterum ad beatitudinis naturam pertinet, alterum ipsam beatitudinem consequitur. Quare illa *essentialia*, haec vero *accessoria bona* docendi causa appellarunt. Ibid. q. 10: Huius generis ea sunt, de quibus Apostolus ad Romanos (2, 10) videtur intelligere: *Gloria et honor et pax omni operanti bonum;* nam gloria quidem beati perfruentur, non illa solum, quam tandem essentialem beatitudinem, vel cum eius natura maxime coniunctam esse ostendimus: sed ea etiam, quae constat ex clara et aperta notitia, quam *singuli de alterius eximia* et *praestanti dignitate* habituri sunt. At vero quantus ille honor existimandus est, qui eis *a Domino tribuitur,* cum non amplius servi, sed amici, fratres ac filii Dei vocentur! Quare ita electos suos amantissimis et honorificentissimis verbis Salvator noster compellabit: *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum* (Matth. 25, 34); ut merito liceat exclamare: *Nimis honorificati sunt amici tui, Deus* (Ps. 138, 17). Sed laudibus etiam a *Christo Domino* coram Patre coelesti et Angelis eius celebrabuntur. Praeterea si hoc commune omnibus hominibus desiderium natura ingenuit honoris, qui a viris sapientia praestantibus habeatur, quod eos locupletissimos virtutis suae testes fore existiment: quantum beatorum gloriae accessurum putamus, quod *alius alium summo honore prosequatur?* Dazu kommt noch die leibliche Verklärung; siehe q. 11.

Vgl. *Cypr.*, De mortal. 26 (S. 995): Ad horum conspectum et amplexum venire, quanta et illis et nobis in commune laetitia est! Qualis illic coelestium regnorum voluptas sine timore moriendi, et cum aeternitate vivendi quam summa et perpetua felicitas! Ep. 58 (al. 56), 10.

Ueber die sogen. aureolae (der Name ist aus 2 Mos. 25, 25 entnommen; vgl. *Beda,* De tabern. I, 6) vgl. *S. Thom.*, Suppl. 3, q. 96, a. 1: Praemium essentiale hominis, quod est beatitudo, consistit in perfecta coniunctione animae ad Deum, in quantum eo perfecte fruitur ut viso et amato perfecte. Hoc autem praemium metaphorice *corona* dicitur vel *aurea,* tum ex parte meriti, quod cum quadam pugna agitur, . . . tum ex parte praemii, per quod homo efficitur quodammodo divinitatis particeps, et per consequens regiae potestatis. . . . Et eadem ratione praemium accidentale, quod essentiali additur, coronae rationem habet. . . . Sed quia nihil potest superaddi essentiali, quin sit eo minus, ideo superadditum praemium *aureola* nominatur. Huic autem essentiali praemio, quod *aurea* dicitur, aliquid superadditur dupliciter. Uno modo ex conditione naturae eius, qui praemiatur; sicut supra beatitudinem animae gloria corporis adiungitur; unde et ipsa gloria corporis interdum *aureola* nominatur. . . . Alio modo ex ratione operis meritorii; quod quidem rationem meriti habet ex duobus, ex quibus etiam habet bonitatis rationem, scilicet ex radice caritatis, quia refertur in finem ultimum; et sic debetur ei essentiale praemium, scilicet perventio ad finem, quae est *aurea;* et ex ipso genere actus, quod laudabilitatem quandam habet ex debitis cir-

cumstantiis, et ex habitu eliciente, et ex proximo fine; et sic debetur ei quoddam accidentale praemium, quod *aureola* dicitur: et hoc modo de aureola ad praesens intendimus. Et sic dicendum est, quod *aureola* dicit aliquid *aureae* superadditum, id est, quoddam gaudium de operibus a se factis, quae habent rationem *victoriae excellentis;* quod est aliud gaudium ab eo, quo de coniunctione ad Deum quis gaudet, quod gaudium *aurea* dicitur. Auch auf den Leib wird die aureola dereinst ihren Glanz ausstrahlen (l. c.). Solche aureolae werden insbesondere denjenigen zu theil, welche die Jungfräulichkeit unversehrt bewahren, sowie den heiligen Martyrern und Lehrern. Ibid. a. 5: Ubi est praecellens ratio victoriae, ibi debetur aliqua specialis corona. Unde cum per virginitatem aliquis singularem quandam victoriam obtineat de carne, contra quam continue bellum geritur, . . . virginitati specialis corona debetur, quae *aureola* nominatur. Ibid. a. 6: Sicut perfectissimae victoriae, qua de concupiscentiis carnis triumphatur, scilicet virginitati, debetur specialis corona, quae aureola dicitur, ita etiam perfectissimae victoriae, quae habetur de impugnatione exteriori, debetur aureola. Perfectissima autem victoria de exterioribus passionibus consideratur ex duobus: primo ex magnitudine passionis; inter omnes autem passiones illatas exterius praecipuum locum mors tenet . . .; secundo perfectio victoriae consideratur ex causa pugnae, quando videlicet pro honestissima causa pugnatur, quae scilicet est ipse Christus. Et haec duo in martyrio considerantur, quod est mors suscepta propter Christum. Ibid. a. 7: Sicut per martyrium et virginitatem aliquis perfectissimam victoriam obtinet de carne et mundo, ita etiam perfectissima victoria contra diabolum obtinetur, quando aliquis non solum diabolo impugnanti non cedit, sed etiam expellit eum non solum a se, sed etiam ab aliis. Hoc autem fit per praedicationem et doctrinam. Et ideo praedicationi et doctrinae aureola debetur, sicut et virginitati et martyrio. Vgl. *Bonav.,* Brevil. P. 7, c. 7. Katholik 1881, II, 28.

7. Da die im Himmel Vollendeten sich keine neuen Verdienste mehr erwerben können, so ist auch eine wesentliche Aenderung ihres Zustandes oder ein Aufsteigen derselben zu höhern Graden der Seligkeit nicht denkbar. Durch die dereinstige Vereinigung der Seelen der Gerechten mit ihren verklärten Leibern tritt keine intensive, sondern nur eine extensive Vermehrung ihrer wesentlichen Seligkeit (praemium *essentiale*) ein, sofern dieselbe mit ihren Wirkungen sich nun auch auf den Leib erstreckt; hingegen wird die accidentelle Seligkeit (praemium *accidentale*) dadurch nicht nur extensiv, sondern auch an sich oder intensiv vermehrt werden.

Vgl. oben § 75, 4; 121, 2. Der erste Theil der obigen Sätze scheint in der Definition Benedikts XII. (S. 1001) enthalten zu sein (. . . quodque postquam inchoata . . . eadem visio . . .). Vgl. oben S. 993 ff.

Greg. M., Dial. IV, 25 (S. 995). *S. Thom.* 2, 1, q. 4, a. 5: Intellectus ad suam operationem non indiget corpore nisi propter phantasmata, in quibus veritatem intelligibilem contuetur. . . . Manifestum est autem, quod divina essentia per phantasmata videri non potest. . . . Unde cum in visione divinae essentiae perfecta hominis beatitudo consistat, *non dependet beatitudo perfecta hominis a corpore.* Unde sine corpore potest anima esse beata. Sed sciendum, quod ad perfectionem alicuius rei dupliciter aliquid pertinet. Uno modo

ad constituendam *essentiam* rei, sicut anima requiritur ad perfectionem hominis. Alio modo requiritur ad perfectionem rei, quod pertinet ad *bene esse* eius, sicut pulchritudo corporis vel velocitas ingenii pertinet ad perfectionem hominis. Quamvis ergo corpus primo modo ad perfectionem beatitudinis humanae non pertineat, pertinet tamen secundo modo. Cum enim operatio dependeat ex natura rei, quanto anima perfectior erit in sua natura, tanto perfectius habebit suam propriam operationem, in qua felicitas consistit. Ibid. ad 4: Separatio animae a corpore dicitur animam retardare, ne tota intentione tendat in visionem divinae essentiae. Appetit enim anima sic frui Deo, quod etiam ipsa fruitio derivetur ad corpus per redundantiam, sicut est possibile; et ideo quamdiu ipsa fruitur Deo sine corpore, appetitus eius sic quiescit in eo, quod tamen adhuc ad participationem eius vellet suum corpus pertingere. Ibid. ad 5: Desiderium animae separatae totaliter quiescit ex parte appetibilis, quia habet id, quod suo appetitui sufficit; sed non totaliter requiescit ex parte appetentis, quia illud bonum non possidet secundum omnem modum, quo possidere vellet. Et ideo, corpore resumpto, beatitudo crescit non intensive, sed extensive. Vgl. dagegen IV. Sent. d. 49, q. 1, a. 4.

Bellarm., De Eccl. triumph. I, 5: Conveniunt omnes (Scholastici) in duobus. Primo gaudium animae *accidentale* futurum maius, tam extensive, quia erit in anima et in corpore; quam intensive, quia ipsa anima magis gaudebit, quando videbit suum corpus gloriosum, quam nunc, cum illud videt mortuum iacere. Secundo gaudium *essentiale* fore maius extensive, quia nunc est in sola anima, postea autem redundabit in corpus et efficiet ipsum corpus suo modo gloriosum. Non autem conveniunt de incremento essentialis gloriae intensivo. Eine intensive Erhöhung der Seligkeit nehmen Petrus Lombardus (IV. Sent. d. 49), Thomas (IV. Sent. d. 49, q. 1, a. 4), Bonaventura (IV. Sent. d. 49, a. 1, q. 1) u. a. an; hingegen entscheidet sich der hl. Thomas später (2, 1, q. 4, a. 5) für die gegentheilige Ansicht, d. h. für eine bloß extensive Vermehrung; ebenso Cajetan (Comm. in l. c.), Durandus (IV. Sent. d. 49, q. 7) u. a. *Bellarm.* l. c.: Ego dico duo: Primo opinionem priorem esse magis ad mentem Augustini (siehe oben S. 995). . . . Dico secundo opinionem secundam esse simpliciter veriorem, et propterea B. Thomam recte mutasse opinionem. Die Beweisgründe Bellarmins sind: Animam non habere melius esse in corpore quam extra corpus, nisi extensive, quia suum esse communicat corpori; nam alioqui in se esse animae semper est idem, nec suscipit magis et minus. . . . Inclinationem ad corpus non impedire visionem vel amorem Dei ullo modo, quia ordinatur ad amorem Dei, tamquam ad finem, . . . alioqui Angeli, quando mittuntur ad exteriora, et de illis cogitare coguntur, distraherentur a visione Dei. . . . Adde quod videtur hoc definitum a Benedicto XII., nam in Extrav. *Benedictus Deus* dicit continuari visionem Dei, quam habent animae a morte corporis usque ad resurrectionem et inde usque in aeternum, ubi videtur dicere eam non crescere neque minui.

§ 163.

Die Hölle.

1. Mit dem Namen „Hölle“ (infernus, gehenna) bezeichnet die kirchliche Lehre, im Anschluß an die Heilige Schrift, den jenseitigen Wohnort und

zugleich den Zustand der Verdammten, d. i. der von Gott abgefallenen reinen Geister und der in der Todsünde sterbenden Menschen, welche ewig von der beseligenden Anschauung Gottes ausgeschlossen bleiben und ihrer Sünden wegen mit ewiger Qual bestraft werden.

Bened. XII. l. c. (S. 994): Diffinimus insuper, quod secundum Dei ordinationem communem animae decedentium in actuali peccato mortali mox post mortem suam ad inferna descendunt, ubi poenis infernalibus cruciantur. Later. IV, c. 1 (§ 76, 4). Florent. Decr. un. (S. 994). Cat. Rom. P. I, c. 6, q. 2: Inferorum nomen abdita illa receptacula significat, in quibus animae detinentur, quae coelestem beatitudinem non sunt consecutae. Ibid. q. 3: Neque tamen ea receptacula unius et eiusdem generis sunt omnia. Est enim teterrimus et obscurissimus carcer, ubi perpetuo et inexstinguibili igne damnatorum animae simul cum immundis spiritibus torquentur, qui etiam gehenna, abyssus et propria significatione infernus vocatur.

Den Zustand der in der Hölle Befindlichen beschreibt die Heilige Schrift auch mit den Namen Verderben oder Untergang, Tod, Finsterniß, Verwerfung oder Verdammung (Röm. 5, 16. 18. Joh. 8, 24. Matth. 7, 13; 25, 46 u. s. f.). Als irdische Abbilder oder Vorbilder der Hölle werden bezeichnet die durch Feuer verzehrten Städte Sodoma und Gomorrha (Jud. V. 7) und das (bei Jerusalem gelegene) Thal Hinnom (Gehenna = גֵּי־הִנֹּם, Matth. 5, 22 u. a.; vgl. 4 Kön. 23, 10. Jer. 7, 32. Neh. 11, 30. Kaulen, Handb. zur Vulg. S. 88. Wetzer u. Welte's Kirchenlex. V [2. Aufl.], 180. Arnoldi, Comm. zum Evang. des Matth. S. 160. Atzberger a. a. O. S. 186).

